JOHANNIS ALBERTI SCHLOSSER,

MEDICINAE DOCTORIS,

Societatis Regiae Scientiarum Londinensis Socii,

E P I S T O L A

AD VIRUM EXPERTISSIMUM, PERITISSIMUMQUE

FERDINANDUM DEJEAN,

CELEBERRIMUM NUPER APUD INDOS, URBIS BATAVIAE
CHIRURGUM PUBLICUM ORDINARIUM,

D E

L A C E R T A
A M B O I N E N S I.

Novae plane hujus Speciei, pulcherrimae et hucusque fere incognitae, accuratam descriptionem ac fidelem a peritis artificibus elaboratam delineationem, aeri incisam, sistens.

Quamquam non magnae nec multae utilates ab animalibus ad hominem redirent; non parva tamen in eorum contemplatione voluptas, homini bene ac liberaliter instituto, tam varia et mira Animalium discrimina inter se consideranti, oboritur: atque nullum est Animal, in quo non aliquid, suum, illustre, rarum, imo non aliquid, ut ita dicam, divinitatis spectetur.
Singulas Animalium historias, singulos quasi Hymnos aestimabimus divinae Sapientiae atque Bonitatis.

EX CONRADI GESNERI EPISTOLA NUNCUPATORIA,

Operi de Animalibus, quadrupedibus, viviparis praefixa.

A M S T E L O D A M I

M D C C L X V I I I.

Sumtibus Auctoris.

ZEER ERVAARENE HEER

E N

HOOG GEAGTE VRIEND!

Lhoewel ieder bijzonder ſoort van Dieren, inderdaat van alle andere ſoorten, onderſcheiden en kenbaar is, door een of meer aan 't zelve alleen eigene, uitwendige kenmerken; dat egter de naast aan elkander grenzende ſoorten ook tefſens een of meer deezer kenmerken met elkanderen gemeen hebben, blijkt zonneklaar uit de beſchouwing van alle de ſoorten van 't een of ander der geſlagten, waarvan men thans genoegzaam met zekerheid zeggen mag, dat meest alle de ſoorten naar behooren bekend en beſchreeven zijn; ja de kundigſte en vermaardſte Natuurbeſchouweren deezer Eeuw, waarin jaarlijks inzonderheit de Natuurlijke Historie, door eene reeks van aanmerkingswaardige ontdekkingen, uitmunt, VON LINNÉ, DE BUFFON, BONNET en anderen, wier naamen onſterfelijk zullen zijn, maaken geene zwarigheid ons te verzeekeren, dat ſchoon men tusſchen

zom-

PETRI BODDAERT,

MEDICINÆ DOCTORIS,

Urbis FLISSINGÆ *exconsiliarii, Societatis* ZEELANDICÆ *scientiarum, quæ* FLISSINGÆ *est, Socii,*

E P I S T O L A

AD VIRUM CELEBERRIMUM

JOHANNEM BURMANNUM,

MEDICINÆ DOCTOREM

In Illustri Gymnasio AMSTELODAMENSI, *Botanices Professorem, Academiæ Scientiarum* UPSALIENSIS, *nec non Academiæ Cæsareæ naturæ Curiosorum socium.*

D E

CHAETODONTE ARGO

Descripto atque accuratissima icone illustrato

EX MUSEO

VIRI CELEBERRIMI

JOHANNIS ALBERTI SCHLOSSERI,

Dum in vivis esset

MEDICINÆ DOCTORIS

Expertissimi, Societatis regiæ LONDINENSIS, *atque Societatis* ZEELANDICÆ *Scientiarum quæ* FLISSINGÆ *est, Socii.*

AMSTELODAMI,

APUD CORNELIUM VAN TONGERLO, MDCCLXX.

WEL EDELE HOOG GELEERDE HEER!

HET is noch geen jaar geleeden, dat de zeer Geleerde Heer JOHANNES ALBERTUS SCHLOSSER, kundig Artz te *Amsterdam*, *Lid van het Koninglijk Genootschap* te *London*, zyne *Amboinsche Hagedis*, in eenen brief aan den zeer ervaren en kundigen Heere FERDINAND DEJEAN, had in 't licht gegeven; van voorneemen zynde, jaarlijks dezelve door het een of ander zeldzaam Dier uit zyne ryke verzameling te vervolgen, tot welken einde hy reets verscheide meesterlyk uitgevoerde en zeer naauwkeurige teekeningen, door de hand van den ervaaren Konstschilder G. DADELBEEK, verzameld hadde. Maar dewyl 'er in dit ondermaansche niets zekers, niets standvastigs gevonden word, en de dood zoo wel tegens de Boekvertrekken der geleerden, als tegens de wooningen der onwetende ledigheid, aanbotst, heeft zyn Ed. dit voorneemen niet konnen ter uitvoer brengen. Een ontydige dood heeft hem ons, helaas! te vroeg ont-

JOHANNES ALBERTUS SCHLOSSER,

OVER DE

AMBOINSCHE HAAGDIS.

JOHANNES ALBERTUS SCHLOSSER,

DE LACERTA AMBOINENSI.

B R I E F

VAN

JOHANNES ALBERTUS SCHLOSSER,

MEDICINAE DOCTOR,

Medelid van de Koninglijke Maatschappij der Wetenschappen van Londen,

AAN DEN

ZEER ERVAARENEN EN KUNDIGEN HEERE

FERDINAND DEJEAN,

ONLANGS BEROEMD STADS HEELMEESTER DER STAD BATAVIA.

Behelzende eene Naauwkeurige Beschrijving

DER

AMBOINSCHE HAAGDIS.

Benevens eene zeer wel gelijkende Afbeelding deezer volstrekt-nieuwe, fraaije en tot heden toe genoegzaam onbekende soort, door bekwaame Kunstenaars vervaardigd.

Al was 't, dat de Dieren aan 't Menschdom niet veele en groote nutheeden verschaffen, ieder beschaafd mensch egter zou telkens een groot genoegen smaaken, als hij de zo meenigvuldige en wonderlijke verscheidenheeden der Dieren, met elkanderen vergelijkende, beschouwde; en geen een Dier is 'er, waarin niet iets aan het zelve alleen eigen, iets doorlugtigs, iets zeldzaams, ja, om zo te spreeken, iets der Godlijkheid doorstraalende kenlijk is.

Wij zullen agten, dat ieder enkelde Historie van een Dier in 't bijzonder, als 't ware, een Lofzang zij der Godlijke Wijsheid en Goedheid.

UIT DEN OPDRAGTS BRIEF DOOR CONRADUS GESNERUS,

Geplaatst voor zyn Werk over de viervoetige, leevend-baarende Dieren.

A M S T E R D A M,

1768.

Voor Rekening van den Schrijver.

JOHANNES ALBERTUS SCHLOSSER

AMICO SUO INTEGERRIMO,

VIRO EXPERTISSIMO

FERDINANDO DEJEAN,

S. P. D.

SINGULIS *licet Animalium speciebus unus vel plures externi Characteres proprii sint, quorum ope ab omnibus aliis revera destinctae esse dignoscuntur; ex contemplatione tamen omnium unius alteriusve generis, cujus omnes species rite hodie descriptas et cognitas esse, certitudinis quadam ratione dici potest, clare patet, vicinas species unum pluresve horum Characterum inter se communes habere; imo peritissimi celeberrimique Naturae contemplatores hujus aevi, quod praesertim, quolibet anno, Naturalis Historiae notatu dignissimis inventis excellit,* LINNAEUS, BUFFONIUS, BONNETUS, *aliique, quorum nomina non unquam interitura, audacter affirmant; Hiatus ad-*

A *huc-*

zommige geſlagten en veele ſoorten van Dieren, tot heeden toe groote gaapingen beſpeurt, dezelve alleenlijk daardoor veroorzaakt worden, dat aan ons nog onbekend zijn die geſlagten en ſoorten, welke tot het behoorlijk vervullen deezer gaapingen, zo wel als alle de andere Dieren, door den Schepper in den beginne geſchapen zijn; want dat inderdaat al het geſchapene in 't algemeen en het zo genaamde Rijk der Dieren in 't bijzonder, kan en moet aangemerkt worden als eene enkele volmaakte keeten, beſtaande uit eeven zo veele duizende verſchillende ſchaakels, als 'er duizende onderſcheidene geſlagten en ſoorten van weezens of dieren zijn, en dat dus de Schepper van 't Heelal deeze keeten in weezen gebragt hebbe zonder eenige weezenlijke afſtanden of gaapingen tusſchen haare ſchaakels over te laaten (*a*); het welk inderdaat eene allerwaarſchijnlijkſte ſtelling is, waardoor ook teffens de aanbiddelijke volmaakte Wijsheid en Almagt des nooit volpreezenen Scheppers der Natuur in 't glansrijkſte Licht geſteld wordt.

De

(*a*) Aangaande deeze ſtelling verdient inzonderheit geleezen te worden het tiende Capittel der tweede afdeeling, van de *Contemplation de la Nature*, door den vermaarden Heere BONNET in 't Jaar 1764. te Amſterdam in 8vo uitgegeeven, bladz: 28. Men vindt ook eene ſchets der geheele gemelde keeten in zyne *Inſectologie*, Ao 1746. in 2 deelen in 12vo te Parys uitgekomen.

hucdum hodie aliquot inter genera, multasque ſpecies Animalium conſpicuos, unicam hancce cauſam agnoſcere, quod nempe genus et ſpecies, ad rite implendos hosce hiatus, a Creatore, aeque ac caetera omnia Animalia in initio quidem creata, in hunc usque vero diem nobis plane incognita ſint; revera quippe integrum in genere Creationis opus, et in ſpecie ſic dictum Regnum Animale, *poſſe ac debere conſiderari unicae inſtar perfectae catenae, quae ex tot millibus annulorum distinctorum conſtat, quot ſunt millena diverſa genera et ſpecies entium animaliumve; ita ut catena haecce, ſine ullis veris annulos inter ſuos hiatibus, ab univerſi Creatore, integerrima creata ſit* (a). *Quae certe Hypotheſis veroſimillima est, ſimulque adorandam perfectam Sapientiam atque Omnipotentiam, numquam ſatis laudati Naturae Conditoris, lucidisſimas reddit.*

Quo-

(a) *Hac de Hypotheſi meretur imprimis legi caput decimum ſecundae Sectionis* Contemplationis Naturae, *a celeberrimo* BONNETO *anno* 1764. Amſtelodami *Gallice, in* Octavo *ut ajunt, editae, pag.* 26. *Integrae quoque Catenae memoratae ſpecimen reperitur in ejusdem Illuſtris Auctoris* Inſectologia, *itidem Gallico ſermone Ao.* 1746. Pariſiis, *in duodecima ſic dicta forma, 2 volum. edita.*

De waarheid deezer ſtelling nu wordt inzonderheit telkens op nieuw meer en meer beweezen of bevestigd, wanneer eenig voorheen onbekend ſoort van Dieren ontdekt, behoorlijk beſchreeven en afgebeeld, den Liefhebberen der Natuurlijke Historie meedegedeeld wordt, het geen ik thans zal tragten te doen ten opzigte van het ongemeen ſraai voorwerp deezes Briefs, door U Wel Edelens edelmoedige vriendſchap benevens veele andere zeldzaamheeden, uit het afgeleegen Oosten, aan mij toegezonden; hebbende ik niet alleen onuitſpreeklijk veel genoegen geſmaakt door de algemeene beſchouwing van dit zonderling Dier, maar vooral door die van zijne bijzondere kenmerken, waarvan ſommige te gelijk eigen zijn aan den *Leguaan* (*a*), andere insgelijks aan den *Baſiliscus* (*b*), terwijl eenige, aan deeze *Amboinſche Haagdis* alleen eigen, hem kenbaar maaken als een egt nieuw ſoort, en onderſcheiden van die twee zo eevengemelde en van alle andere reeds bekende *Haagdis-ſoorten;* wordende ter gelijker tijd daardoor vervuld de tot nog toe onvervuld gebleevene gaaping tusſchen den *Leguaan* en *Baſiliscus*.

De

(*a*) *Natuurlyke Historie*, volgens het ſamenſtel van den Heer Linnaeus, eerſte Deel, zesde Stuk, Bladz. 168-174. Plaat LII. Fig. 2.

(*b*) *Natuurlyke Historie* Eerſte Deel, zesde Stuk, Bladz: 165—168. Plaat LII. Fig 1.

QUOTIES *nunc incognita antea Animalium species, descripta et delineata Naturalis Historiae amatoribus rite cognita redditur, toties etiam hujus Hypothesis veritas magis magisque probatur vel confirmatur; quod hisce litteris praestare conaturus sum respectu pulcherrimi illarum argumenti, pro singulari amicitia tua, ex remotissimo Oriente, una cum multis aliis rarissimis, illarum orbis terrarum productis, Gazis, ad me missi. In singularis enim hujusce Animalis contemplatione generali, non tantum ineffabilis mihi voluptas oborta fuerat, sed praesertim in contemplatione Characterum ipsi propriorum, quorum aliquot* Iguanae (b), *alii* Basilisco (c), *non nulli interim huic* Lacertae Amboinensi *solae, proprii sunt, illam, genuinae novae speciei instar, distinguentes a duabus modo memoratis omnibusque aliis cognitis* Lacertae *speciebus; sicque hiatus impletur, qui huc usque supererat* Basiliscum *inter et* Iguanam.

IN

(b) *Vide* LINNAEI, *Systematis Naturae editionem duodecimam, Tom. I. pag.* 366.

(c) *Vide ibidem, eandem paginam.*

De eenigſte Schrijver, bij wien ik van dit, daarom door mij tot nog toe genoegzaam onbekend geagte Dier, eenig aanmerkingswaardig berigt gevonden hebbe, is Francois Valentyn, een man, die geduurende veele jaaren onze meeste volkplantingen in *Oostindien*, en inzonderheit het Eiland *Amboina* doorreisd en bewoond heeft; hij heeft eene wijdloopige, doch in veele opzigten zeer gebreklijke beſchrijving gegeeven van deeze *Amboinſche Haagdis*, die door hem de *Kemphaan*, of de *gekamde*, ook wel de *wilde water-* of *rivier- Leguaan*, en door de Inboorlingen van *Amboina*, *Soa Soa Ajer*, dat is de *Water-Leguaan*, genaamd wordt.

Deeze Schrijver geeft ook eene zogenaamde afbeelding van dit Dier, doch zij is waarſchijnlijk volgens zijne beſchrijving in Europa vervaardigd, ten minſten vind ik genoegzaam niets daarin, 't geen men gelijkenis noemen mag, maar alles integendeel alleronnatuurlijkst en geheel anders afgebeeld als het zich aan 't Dier zelve vertoont, 't geen blijken kan uit de door mij hier bijgevoegde allergetrouwſte afbeelding, dewelke vervaardigd is met ongemeen veel oplettendheid naar het Dier zelve, in mijne verzameling berustende: en indien Valentyn niet eenige der voornaamſte kenmerken van dit Dier uitdruklijk in zijne beſchrijving vermeld hadt, zoude ik zijne afbeelding nooit voor die van onze *Amboinſche Haagdis* erkend

In *hunc usque diem fere incognitum hocce Animal fuisse existimo, dum apud unicum modo Scriptorem aliquam ejus notatu dignam mentionem reperi.* Franciscus *quippe* Valentinus, *qui multorum annorum spatio plerasque nostrae gentis Colonias, in* Orientalem Indiam *prolatas, ac praesertim Insulam* Amboinam, *peragravit et incoluit, amplam sed vitiosam valde, hujus* Lacertae Amboinensis *descriptionem dedit, quae ab illo varia nomina Belgica accepit, verbi gratia* Lacertae Cristatae, Lacertae Aquaticae *vel* Fluviatilis ferae, pugnacis; *ab Incolis vero* Insulae Amboinae, Soa Soa Ajer, *id est* Lacerta Aquatica, *vocatur.*

Valentinus *dedit etiam sic dictam delineationem hujusce Animalis, aeri incisam, sed verosimiliter in Europa juxta descriptiones* Valentini *paratam, quae mihi saltem nullatenus hujus Lacertae veram formam aut figuram sistere, sed potius a naturali plane alienas adumbrare videtur; quod patebit ex fidelissima, aere expressa delineatione, huic Epistolae annexa, quam juxta ipsum Animal, quod in meo* Gazophylacio *conservatur, summa cum attentione elaborari curavi; et nisi* Valentinus *aliquot praecipuorum Characterum hujus Animalis in sua descriptione accurate annotasset, egomet ipsam figuram nostrae* Lacertae Amboinensis, *quam* Valentinus *edidit, nunquam pro figura hujus Animalis ag-*

kend hebben. maar niet tegenstaande al het gebreklijke zijner beschrijving, laat zij egter geen twijfel over, of VALENTYN heeft waarlijk dit zelve soort van Dieren meer dan eens levendig gezien en naar zijn vermoogen waargenoomen, ontleed en beschreeven, waarom ik ook uit zijne beschrijving (*c*) aan U Wel Edelen zal meededeelen al dat geen, het welk de uitwendige beschouwing van dit Dier alleen niet toeliet alhier waartenee-men.

„ *Het onthoudt zig* (zegt hij) *meest omtrent de Rivieren en zoe-* „ *te Wateren; hoewel 't ook op 't Land komt, dog 't is niet gewoon* „ *op hooge Boomen te klimmen, ook legt het zijne eijeren omtrent* „ *de Rivieren, in 't Zand, en wel bijzonder, omtrent d'Eilandekens* „ *of Zandplaaten, die men hier en daar in de Rievieren wel ziet, de* „ *Mannekens en Wijfkens van dit Dier hebben geen eenerlije kam* „ *en verschillen ook merkelijk in gedaante en teekening van haar*

„ *verw:*

(*c*) Zie FRANCOIS VALENTYN *Beschrijving van oud en nieuw Oostindien Ao.* 1726. *te Dordrecht en Amsterdam, in Folio* uitgegeeven; een werk, dat van alle Liefhebberen der Natuurlijke Historie met veel aandagt mag geleezen worden; in wiens *derde Deels, eerste Stuk, vijfde Boek, eerste Hoofdstuk, bladz:* 281. *en* 282. *de gemelde Beschrijving*, en bij letter *I., op de plaat tot het aangehaalde Hoofdstuk behoorende*, de gemelde zoogenaamde afbeelding van dit Dier te vinden is.

novisſem; ſed defectus, in deſcriptione ipſa exſtantes, non adeo magni ſunt, quin clare pateat ex ea, veram hancce nostram Lacertae *ſpeciem, non modo vivam ſaepe viſam, ſed et pro viribus obſervatam, imo disſecatam et deſcriptam fuisſe a* VALENTINO; *quam ob rem ex ejus deſcriptione* (c) *tibi nunc transſcribam, quicquid ſola inſpectione externarum hujus Animalis partium hic obſervare non poteram.*

„ Plerumque (*ait*) moratur circa fluvios, aquasve dulces,
„ et quamvis terram conſcendat, non ſolet tamen altas arbores
„ adſcendere; ova quoque ſua circa fluvios in arena, prae-
„ ſertim prope Inſulas, tractusve arenoſos, in fluviis con-
„ ſpicuos, deponit. Mas et foemina non eadem crista praediti ſunt
„ et multum quoque differunt forma ac distributione colorum; foe-
„ minae enim, quae ſemper minor est, crista est continua depresſa,
„ nul-

(*c*) Videatur FRANCISCI VALENTINI *Deſcriptio Veteris Novaeque Indiae Orientalis*, anno 1726. *Dordraci* et *Amſtelodami* in Folio, Belgice edita; opus, omnium Historiae Naturalis amatorum ſumma attentione dignisſimum, in cujus *Tom. III*, *part. I. Lib. V. cap. I. pag.* 281. *et* 282, hujus *Lacertae deſcriptio* et ad *Litteram I*, *Tabulae*, quae ad caput illud primum pertinet, ſic dicta illius *figura* reperiri posſunt.

„ *verw: want het Wijfken, dat altijd kleinder is, heeft een doorgaande laage kam, die zig nergens hoog verheft, maar de kam van 't Manneken verheft zig zomtijds in 't midden op den rug, zomtijds bij de agterste pooten en bij 't begin van de staart; ook is het Manneken veel fraaijer gemengeld van verwe en schilderagtiger van teekening als 't Wijfken. Het kan de laage Boomkens, bij de Rievierkant staande, beklimmen, maar als het menschen of honden gewaar wordt, springt het ten eersten in het water, verbergende zig onder de klippen en steenen hier en daar, alwaar men het zeer licht vangen kan, als men het maar stout aantast, alzoo het zeer dom, vreesagtig en niet gewoon is te bijten als het gevat word; men vangt dit Dier ook wel met strikken. Men prijst deszelfs vleesch boven dat van den gemeenen Leguaan, hoewel 't vleesch deezer Dieren nader Schildpadden dan Hoendervleesch gelijkt. Het vleesch deszelfs is zeer wit, zoet en geijl van reuck, bijna als dat van de Bokken of Geijten. als dit Dier leeft is de buijk altijd breeder als aan den* Leguaan*: in zijn lichaam heeft hij veele t'zaamgerolde darmen. In 't lijf heeft hij geele eijeren, in twee bijzondere eijerstokken vergadert en in twee ruijme pijpen verdeelt, die in den rechten darm dicht bij de scheur eindigen; maar de eijeren gelegt zijnde, zijn langwerpig en wit; het Middelschot of*

Di-

„ nullibi in altum elata; cum crista maris aliquando in medio dorſi, „ aliquando prope crura posteriora et ad initium caudae elata est; „ mas quoque pulchriori colorum varietate ac distributione, in- „ ſignitur; parvas arbores vel frutices ad fluviorum ripas, adſcende- „ re valent, ſed ſtatim ac homines canesve aſpiciunt, in aquam de- „ ſiliunt, ſeſe occultantes ſub rupibus lapidibusve, hic illic ſitis, „ ubi facile capiuntur, ſi modo audacter arripiantur, quia ſtupi- „ dum timidumque est animal, quod non ſolet mordere, quando „ apprehenditur; laquearibus etiam capitur. ejus caro magis in „ deliciis habetur, quam caro IGUANAE VULGARIS, quam- „ vis illa ſimilior ſit carni Gallinaceae, quam carni Testudinum. „ Lacertae nostrae caro valde alba, dulcis et penetrantis est odoris, „ fere inſtar carnis caprinae. Vivi hujus Animalis venter ſem- „ per quoque latior est quam venter IGUANAE; in abdomine „ ejus multa ſunt intestina contorta. ova, adhucdum in ventre „ contenta, flavi ſunt coloris, in duobus ovariis collecta et in to- „ tidem amplis canalibus, quorum apertura patet prope rimam „ in Intestino recto, diviſa. ova vero poſita alba ſunt et oblon- „ ga. Diaphragma ſitum habet intra crura anteriora; Cor parvum „ est et triquetrum; Jecur oblongum neque latum est, inſtar lie- „ nis, eique annectitur rotunda veſicula fellea; Pulmo parvus, ru-

„ *Diaphragma legt tusſchen de voorſte pooten; het Hert is kleen*
„ *en driekantig, de Lever is langwerpig en ſmal, gelijk als een mild,*
„ *en daaraan is een rond galblaasje; de Long is kleen en van eene roode*
„ *verwe, die wat na 't loodverwige trekt; de maag is nauw en wit,*
„ *zijnde bezet met eenig dik vleesch en zeer wel na een darm gelijken-*
„ *de; dog zijn kronkeldarm, die over dwars legt, is wijd en ſlap, waar-*
„ *in ik de zaaden of beziën van de* Frutex aquaticus *gevonden hebbe,*
„ *behalven welke hij ook eenige wormen, wel wat gelijkende na duij-*
„ *zendbeenen, ingeſlokt had.*

Ik heb den naam van *Amboinſche Haagdis* aan dit nieuwe ſoort gegeeven, vermits, volgens U Wel Edelens berigt en dat van Valentyn, het beroemd Specerij-Eiland, *Amboina*, zijn eenigst Vaderland ſchijnt te weezen.

Volgens 't ſamenſtel van den beroemden Ridder von Linné, behoort dit ſoort geplaatst te worden in de vierde verdeeling van 't geſlagt der Haagdisſen, waarvan het kenmerk is; (*d*) *Eene Spilronde en met ſchubben, die als een Leijen Dak geſchalied zijn, gedekte Staart, die langer is dan het lichaam;* en dewijl de *Baſiliscus* van von Linné, door eene *geſtraalde Rugvin*, doch zijn *Leden*

(d) *Nat: Hist: volgens het ſamenſtel van den Heer* Linnaeus, eerſte Deel, zesde Stuk. bladz. 131.

„ bicundi coloris, ad plumbeum vergentis; Ventriculus angustus
„ et albicans, crasſa quadem carnis ſpecie obſesſus, magnam
„ cum intestino habet ſimilitudinem; ſed intestinum crasſum trans-
„ verſe poſitum, amplum flaccidumque est, et in eo reperi ſemina
„ baccasve fruticis aquatici, ut et aliquot flavos ſemipellucidos
„ lapillulos, praetereaque deglutiverat nonnullos vermes, mille-
„ pedibus haud disſimiles.

DUM *ex tua aeque ac* VALENTINI *narratione conſtare videtur, ſolam hujus novae ſpeciei patriam esſe inſulam, aromatum productione celeberrimam,* Amboinam, Amboinenſis Lacertae *nomen prae caeteris optime ipſi convenire credidi.*

JUXTA *Illustrisſimi* LINNAEI Systema Naturae, *ſpecies haecce in quarta diviſione generis* Lacertae *locum meretur, cujus character est,* (d) cauda teres imbricata, corpore longior; *et dum* Baſiliscus LINNAEI pinna dorſali radiata, Iguana *vero* ſutura dorſali dentata, *ſeſe praeſertim ab omnibus aliis* Lacertae *ſpeciebus, aeque ac a ſe invicem distinguant, duo autem hi praecipui Characteres duarum illa-*

rum

(d) *Vide* LINNAEI *Syst: Nat: Ed: XII. Tom. I. pag,* 366.

guaan, door eenen getanden *Rugnaad*, zig inzonderheit van elkanderen en van alle de andere *Haagdis-ſoorten* deezer verdeeling onderſcheiden en kenbaar maaken; welke twee hoofdkenmerken der twee gemelde ſoorten zich in onze *Amboinſche Haagdis* als vereenigd vertoonen, alleen met dit onderſcheid, dat haare geſtraalde Vin, geen *Rug-*, maar *Staartvin* is, zo dunkt mij dat deeze *Amboinſche Haagdis*, met regt, volgens den ſchrijftrant van von Linné, gezegd mag worden te zijn:

Eene Haagdis, met een langen ſpilronden ſtaart, op den ſtaart eene geſtraalde Vin, de Rugnaad getand.

Zijn *Kop* is van boven eenigzins bultig, en gedekt met zeer kleine ronde ſchubben. vooraan den ſnuit maakt de bovenkaak eene ſtompe bijna vierkante bovenlip, vier linien breed en vijf linien hoog; maar de onderlip of punt der onderkaak, die rond en ſchuinsch afloopt, is aldaar, ſchoon ook vier linien breed zijnde, maar eene halve linie hoog; de ſchubben langs den rand van den geheelen mond, inzonderheit aan de onderkaak, zijn grooter en vierkanter dan die van den kop, zijnde zelfs de geene, waarmeede de geheele onderkaak van onderen gedekt is, alhoewel ook klein en rond, in

't al-

rum ſpecierum uniti, ut ita dicam, reperiantur in Lacerta noſtra Amboinenſi, *ſolummodo hocce cum diſcrimine, quod ejus* pinna radiata caudalis, *non vero* dorſalis *ſit; definitio hujus* Lacertae Amboinenſis, methodo Linnaeana, *ni fallor, jure hiſce verbis poterit exprimi.*

Lacerta cauda tereti longa, pinna caudali radiata, ſutura dorſali dentata.

Caput *ejus ſuperne aliquomodo tuberculoſum, tectum eſt ſquamulis rotundis;* Maxilla ſuperior, *in obtuſum fereque quadratum apicem deſinens,* Labium ſuperius *format, cujus altitudo eſt quinque, latitudo vero quatuor linearum; ſed* Labium inferius, *ſive apex* Maxillae inferioris *oblique rotundae, quamvis etiam latitudinem habeat quatuor linearum, dimidiae modo lineae altitudine gaudet;* Squamae, *integrum* Oris *ambitum tegentes, imprimis in maxilla inferiore, majores magiſque quadratae ſunt quam illae* Capitis, *imo omnes illae, quae inferiorem totius maxillae inferioris partem tegunt, quamvis par-*

't algemeen iets grooter dan die, welke den kop van boven dekken.

Aan weerskanten der bovenlip, op de bovenkaak, is geplaatst een langwerpig, rond, uitpuilend *Neusgaatje*, wiens afſtand van den rand des monds drie en een halve linien is; ieder Neusgaatje heeft bijna de lengte van twee linien en de breedte van één linie.

De *Mond* geſlooten zijnde, zo is de lengte van zijne ſpleet aan weerskanten één duim en negen linien.

Een der *Oogen* half geſlooten zijnde, vond ik de middellijn tusſchen de twee oogshoeken gemeeten, zes linien lang te weezen. Van 't een *Oog* tot aan 't andere, dwars boven over 't hooft meetende, vond ik één duim en een halve linie lengte. Van den rand van 't *Neusgaatje* der zelve zijde tot aan den voorſten oogshoek, agt en een halve linien; en lootlijnig van dien zelven oogshoek, tot aan den rand der bovenlip, vier en een halve linien; de agterſte oogshoek integendeel zeven en een halve linien van den rand der bovenlip, lootlijnig afſtaande. Van het einde der vliezige ſpleet des *Monds* tot aan den onderſten rand van 't *Oor*, is eene lengte van zes en een halve linien, en van den agterſten oogshoek tot aan den bovenſten rand van 't *Oor*, agt linien.

Ie-

vae et rotundae, in genere tamen paulo majores illis ſunt, quibus pars ſuperior Capitis tegitur.

AD *quodlibet latus Labii ſuperioris in Maxilla ſuperiore, locatum est* Foramen Naſale *prominulum oblongo-rotundum, cujus ab ora oris distantia trium et dimidiae linearum est; cujusque* Foraminis Naſalis *longitudo circiter duarum est linearum, latitudo unius lineae.*

ORE *clauſo, fisſura ejus utrimque pollicem integrum novemque lineas longitudine aequat.*

OCULI *ſemiclauſi diameter ab uno ad alium usque canthum erat ſex linearum; ab uno autem oculo ad alterum usque, transverſae partis ſuperioris capitis menſurata distantia fuit integri pollicis cum dimidia linea; a Limbo Foraminis Naſalis usque ad canthum anteriorem oculi ejusdem lateris octo lineae cum dimidia; perpendiculariter vero ab eodem cantho usque ad Limbum Labii ſuperioris quatuor lineae cum dimidia longitudinem distantiarum efficiunt; posterior autem canthus oculi perpendiculariter ab eodem Limbo ſuperioris Labii distat ſeptem cum dimidia lineis; ab extremitate membranaceae Fisſurae Oris usque ad Limbum inferiorem* Auris *ſex cum dimidia linearum, et ab oculi cantho poſteriore usque ad Auris Limbum ſuperiorem, octo linearum longitudo est.*

Ieder *Oor* zelve beſtaat uitwendig alleenlijk uit een bloot, ſterk-geſpannen *Trommel-Vlies*, van een langwerpig-ronde gedaante, wiens breedte is drie, en de lengte vier en een halve linien.

Het agterſte gedeelte des hoofds, van den voorſten rand van 't een *Oor* tot aan dien van het andere, in 't dwarsch meetende, bevond ik één duim en drie linien lang te zijn.

De eene punt van een pasſer midden onder tegens de onderkaak, alwaar haar *Kraag* begint, maar de andere punt midden, boven op de bovenkaak tusſchen de twee oogen gezet zijnde, vond ik den geheelen kop daar ter plaatſe, één duim en drie linien dik te weezen.

Eene lengte van elf linien is 'er tusſchen 't eerſte begin des *Rugnaads* en den agterſten oogshoek. Twee duimen en een halve linie is de maat des afſtands van den bovenſten rand of punt der bovenkaak tot aan dat zelve begin des *Rugnaads*, die reeds zijn aanvang neemt boven op 't midden van den nek, teegens 't agter hoofd aan.

De *Hals* en *Keel* zijn van de *ooren* af tot aan de ſchouderbladen toe, en van het midden der geheele lengte en breedte der onderkaak tot aan 't borstbeen zelve, met een ruim, ſlap Vel bekleed, het welk inzonderheit aan 't middelſte en onderſte gedeelte der keel

zeer

QUAELIBET Auris externa *ſolummodo conſtat nuda Tympani membrana, fortiter expanſa, oblongo-rotundae formae, cujus latitudo trium, longitudo quatuor et dimidiae linearum est.*

POSTERIOREM *capitis partem ab anteriori unius Auris Limbo usque ad illum alterae transverſim dimetiendo, integri pollicis triumque linearum longitudinem reperi.*

UNO *Circini apice mediae inferioris maxillae parti inferiori appoſito, ibi loci ubi* Collare *incipit, altero vero apice medio capiti ſuperne impoſito intra Oculos, integrum caput ibidem unius pollicis triumque linearum craſsitiem habere, mihi conſtitit.*

SUTURAE DORSALIS *initium distat ab Oculi cantho posteriore undecim lineis; ab Oris autem vel Maxillae ſuperioris apice duobus pollicibus cum dimidia linea; illud vero* Suturae Dorſalis *initium in medio collo ad ipſum fere occiput est.*

COLLI *atque* Gutturis *pars inferior ab Auribus usque ad Scapulas et a medio totius longitudinis, latitudinisque maxillae inferioris usque ad ſternum, ampla laxaque Cute vestita ſunt, quae praeſertim ampla et laxa pendet ad mediam et inferiorem* Gulae *partem, ibidemque*

zeer ruim en ſlap hangt, aldaar ook eenigzins rond en ſcherp toeloopt, doch niet met eenige tandjes of punten bezet is; voorts verſcheidene diepe plooien maakt, waarom ik aan 't zelve den naam van *Kraag* geeve. De lengte deezes *Kraags* van zijn begin, in 't midden der onderkaak, tot aan zijn einde midden voor op de borst, is twee duimen en vier en een halve linien; van den onderkant des *Rugnaads* tot aan den onderſten rand van den *Kraag*, in 't midden des Hals en Kraags zelve, twee duimen en één en een halve linie; van den rand der onderlip tot aan 't begin van den kraag in 't midden der onderkaak, één duim en drie en een halve linien, en van den agterſten *Oor-rand* af tot aan het einde des kraags aan 't Schouderblad, één duim en negen linien.

DEN *Bek* geopend zijnde, vond ik, om zo te ſpreeken, gevuld met eene zeer dikke vleeſchige *Tong*, die aan de ſtomprond loopende punt maar eeven in tweën geſpleeten was. (*e*)

AAN

(*e*) 't Zeggen van ARISTOTELES *in 't elfde Hoofdſtuk van het vierde Boek, over de deelen der Dieren, dat* namentlyk *de Tongen der Haagdisſen even als die der Slangen geſpleeten en aan haare punten haairig waren*, heeft ſommigen Natuur-Beſchouweren in 't verkeerde denkbeeld gebragt, als of ARISTOTELES gemeend hadde, dat 'er weezentlyk hair op den punt der tongen geplaatst was, van welke meening inzonderheit ALBERTUS geweest is. zie ALDROVANDUS *eerſte Boek over de viervoetige, eijerleggende Dieren*, en aldaar over de *Haagdisſen*, die deeze dwaaling weederlegt en uit eene andere aangehaalde plaats van ARISTOTELES zelven aantoont: *dat hij de punten der Haagdis-Tongen zo dun en fijn als hair beſchreeven heeft.*

quasi desinit rotundo acumine, nullis vero denticulis obsessa, sed varias profundas plicas formans, quare etiam Collaris *nomen ipsi dedi; hujus* Collaris *longitudo, ab ortu suo in media* Maxilla inferiori, *ad finem usque in anteriori pectoris parte, duorum est pollicum cum quatuor lineis et dimidia. Distantia inferioris partis* Suturae Dorsalis *ab inferiori limbo* Collaris, *in ejus atque ipsius colli medio, duorum est pollicum et unicae cum dimidia lineae; a limbo Labii inferioris ad initium* Collaris, *in medio maxillae inferioris, integer pollex atque tres lineae cum dimidia, distantiae mensuram dant, et a posteriori Auris Limbo usque ad finem* Collaris *prope Scapulam, unus pollex cum novem lineis.*

ORE *aperto, linguam reperi admodum crassam et carnosam, fere totum* Os *implentem et ad obtusum apicem levi modo fissurae indicio praeditam* (e).

UTRIM-

(*e*) ARISTOTELES Libro quarto, capite undecimo, de partibus Animalium *dixerat;* Lacertis ex quadrupedibus oviparis Linguam bifidam esse ut Serpentibus, parteque extrema pilosam admodum; *inde aliquot Naturae Curiosi erroneam arripientes ideam, putaverunt* ARISTOTELEM *voluisse*, veros pilos in extrema Linguarum harum parte reperiri. ALBERTUS *praesertim in hacce fuit opinione, de qua vide* ALDROVANDUM, Libro primo de quadrupedibus digitatis oviparis, titulo Lacertae, *qui errorem huncce refellit, prolato ex ipso* ARISTOTELE *loco* Libri secundi de partibus Animalium, capite dicimo septimo, *ubi ait* Linguam horum Animalium bifidam et parte extrema capillamenti tenuitate esse.

F

Aan weerskanten in de boven- en onderkaak vertoonden zich eene reeks van platte *Tanden*, ſpits toeloopende, veel naar die der ruuwe *Haaijen* van von Linné gelijkende, en in elkanderen ſluitende; zijnde de agterſte de grootſte en de voorſte de kleinſte. In de onderkaak, voor aan den ſnuit, vond ik aan weerskanten drie ronde, korte, eenigzins ſchuins naar buiten loopende, elsvormige ſcherpe *Tanden;* maar in de *Bovenkaak* aan weerskanten vier dergelijke en eveneens geplaatſte *Tanden;* ſtaande dus deeze twee reien der *Voortanden* merklijk meer buitenwaards dan de bovengemelde reien der platte Tanden, die, na eenen tandeloozen afſtand van twee en een halve linien, volgen.

Van den agterſten rand des *Kraags* tot aan 't lid van den voorpoot met het Schouderblad, zijn elf linien: bijna twee duimen van die geleding tot aan die der elleboog: twee duimen en drie linien van den elleboog tot aan het begin der ſplijting, tusſchen den binnenſten en den daaraan volgenden vinger, zo als ook tot aan de ſplijting, tusſchen den buitenſten en den daarnaastſtaanden vinger. twee en een halve duim van den elleboog tot aan de ſplijtingen, tusſchen den middelſten en de twee aan weerskanten van dien geplaatſte vingeren.

Ieder Nagel der vijf vingeren van den voorpoot is drie linien, en de buitenſte vinger tot aan het begin des nagels toe,

tien

UTRIMQUE *in superiori et inferiori maxilla, series exstat Dentium compressorum, acuminatorum, illis* Squali Galli LINNAEI *similium et inter se occurrentium, posterioribus maximis, anterioribus minimis; in apice vero* maxillae inferioris *utrimque tres rotundi, breves, oblique extrorsum vergentes Dentes subulati, acuti; ac in apice* maxillae superioris *utrimque, quatuor similes, eodemque modo dispositi; ita ut horum dentium series multo magis extrorsum sitae sint, quam illae Dentium compressorum, quae, Dentibus plane vacua, distantia duarum cum dimidia linearum ab illis separatae sunt.*

A POSTERIORI *limbo* Collaris *usque ad Humeri articulum cum Scapula, undecim sunt lineae; duo fere pollices inde usque ad Cubitum; duo pollices et tres lineae a cubito usque ad initium fissurae, quae est inter interiorem eique juxta positum digitum, aeque ac usque ad fissuram inter exteriorem vicinum ipsi digitum; sed duo pollices cum dimidio a cubito usque ad fissuras, quae utrimque inter medium digitum vicinosque illi digitos reperiuntur.*

QUILIBET unguis *quinque digitorum pedis anterioris tres lineas longitudine aequat; ipse vero Digitus exterior ad initium*

tien linien lang. de binnenſte vinger maar zes linien; de daaraanvolgende één duim. de middelſte vinger één duim en drie linien, de buitenwaards volgende is genoegzaam van dezelve lengte.

De breedte van den Handpalm des voorpoots, net daar ter plaatſe, alwaar de binnenſte en buitenſte vinger hunnen oorſprong neemen, is negen en een halve linien, en in het midden deezer breedte de dikte met een pasſer gemeeten zijnde, bevond ik die te zijn vier linien. Ruim twee duimen afſtand is 'er tusſchen het ſchouder- of boven arms-lid en de recht daarboven ſtaande Tandjes des *Rugnaads*. dezelve afſtand is 'er ook voor op de borst, tusſchen de gemelde geleedingen der twee *Voorpooten*.

Eene ruimte van vijf duimen en negen linien ſtaat het ſchouderlid des *Voorpoots* van 't dijelid van den agterſten poot af. Van 't gemelde dije- of heuplid tot aan de knie des *Agterpoots* was eene lengte van twee duimen en zeven en een halve linien. Drie duimen en een halve linie van die Knie tot aan 't begin der ſplijting, die 'er is tusſchen den binnenſten en den daaraanvolgenden Toon. Ruim drie en een halve duim van de Knie tot aan de ſplijting tusſchen de laatstgemelden en den middelſten toon. drie duimen en tien en een halve linien tot aan de volgende ſplijting tusſchen den middelſten namentlyk en den buitenwaards daarnaast ſtaanden *Toon*. Drie duimen

unguis usque decem est linearum; interior ſex linearum; huic vicinus integri pollicis; medius digitus unius est pollicis triumque linearum; ſubſequens fere ejusdem longitudinis.

LATITUDO Palmae pedis Anterioris, *eo loco, ubi exterior interiorque digitus oriuntur, est novem linearum cum dimidia; ac in medio hujus latitudinis crasſitiem ejus circino exploranti, quatuor linearum esſe conſtitit; integrorum duorum pollicum est distantia Articuli Scapulae cum Humero, a denticulis, perpendiculariter ſupra eum poſitis, ſuturae Dorſalis; eademque plane est distantia unius horum articulorum ab altero, menſura juxta pectus peracta.*

AB *eodem pedis* Anterioris *articulo usque ad illum* Femoris pedis postici *ejusdem lateris, longitudo est quinque pollicum et novem linearum; ab hocce vero ad* Genu *usque duorum pollicum atque ſeptem cum dimidia linearum; trium autem pollicum cum dimidia linea a* Genu *usque ad initium fisſurae, quae exſtat inter interiorem eique vicinum digitum pedis postici; integrorum vero trium cum dimidio pollicum a* Genu *uſque ad fisſuram inter medium ipſique introrſum adjacentem digitum. Trium denuo pollicum atque decem cum dimidia linearum ad fisſuram usque, quae est inter medium eique extrorſum vicinum digitum. trium tandem modo pollicum et dimidiae lineae usque ad fisſuram inter hunc*

men en een halve linie tot aan de ſplijting tusſchen den laatstgenoemden en den buitenſten *Toon;* welke buitenſte *Toon*, zowel als de vier volgende, wederom zonder zijnen nagel gemeeten, één duim en vier en een halve linien lang is. de daaraanvolgende, zijnde de allerlangſte, van het begin der ſplijting tusſchen hem en den buitenſten *Toon* gemeeten, gaf mij eene lengte van twee duimen en negen linien; maar van het begin der ſplijting aan zijne binnenzijde niet meer dan één duim en elf en een halve linien. De middelſte *Toon* is aan de buitenzijde één duim en vier en een halve linien lang, aan de binnenzijde één duim en zeven en een halve linien. De volgende *Toon* aan zijne buitenzijde net één duim, aan de binnenzijde één duim en drie linien; de binnenſte en kleinſte *Toon* is maar zeven linien lang.

De *Nagels* deezer vijf *Toonen* ſchijnen alle vijf bijna eeven lang geweest te zijn, doch de drie middelſte waren voor een groot gedeelte ſtomp en afgeſleeten; die van den binnenſten en buitenſten *Toon* waren ieder drie en een halve linien lang, krom en ſpits; de nagel des binnenſten *Toons* was egter in 't geheel iets dikker en ſteeviger dan die van den buitenſten.

De breedte van den geheelen agtervoet, gemeeten net daar

ter

exterioremque digitum; isque digitus exterior aeque ac quatuor alii ſequentes, ſine ungue menſuratus, unius pollicis ac quatuor cum dimidia linearum longitudinem praebuit; huic vicinus, qui omnium longisſimus est, facta menſura ab initio fisſurae, quae ipſi et exteriori digito interjacet, duos integros pollices novemque lineas longitudine ſua aequat; ſed unicum modo pollicem et undecim cum dimidia lineas, facta menſura ab initio fisſurae, quae ad alterum ejus latus, internum nempe, conſpicitur: medius postici pedis digitus ad exteriorem partem, unius pollicis ac quatuor cum demidia linearum longitudinem dedit; ad interiorem vero partem unius pollicis et ſeptem cum dimidia linearum; qui introrſum ei adjacet digitus, juxta externum ſuum latus, integro pollici, ad latus vero internum uni pollici tribusque lineis longitudine par est; interior autem omniumque brevisſimus digitus ſeptem modo lineis.

UNGUES *horum quinque digitorum videntur omnes quoque ejusdem fere longitudinis fuisſe, trium quippe cum dimidia linearum; tales enim reperi integros exterioris interiorisque digiti, tribus aliis intermediis detritis valde et obtuſis, binis illis aliis vero curvis et acutis; interioris tamen digiti unguis in genere aliquomodo crasſior robustiorque esſe videbatur illo digiti exterioris.*

LATITUDO plantae pedis postici, *ad ortum digitorum unius*

ter plaatſe, alwaar de Toonen beginnen, was één duim en ééne linie. *Zijn* dikte, in 't midden van die zelve plaats met een pasſer gemeeten, was ruim vijf linien.

AAN weeskanten van alle de *Vingeren* en *Toonen* ſtaat, langs hunne geheele lengte, een ſcherpe uitſteekende rand, als een zaagje, die egter veel ſterker is aan de *Toonen*, dan aan de *Vingers*.

OP 't gevoel ſchijnen mij de binnenſte *Vinger* en *Toon* ieder maar één beentje of Lid te hebben. De volgende *Vinger* en *Toon* ieder twee; de middelſte ieder drie; de langſte ieder vier; de buitenſte ieder drie.

EEN duim en negen linien is de lengte des afſtands van 't Heupof Deijlid en den bijna op die hoogte eindigenden *Rugnaad*. die zelve lengte is 'er tusſchen de twee Heupleeden zelve, van onderen langs den Buik gemeeten. van het Heuplid tot aan den buitenſten rand van den *Aars* is een afſtand van ruim één duim lengte; welke buitenſte rand van den *Aars* vlies- en vleezig, twee linien breed en dik zijnde, aan zijnen agterkant, daar de *Staart* begint, halvemaandswijze gevormd is, maar plat en dun aan zijnen voorkant tegens den Buik aanlegt en net de middellijn van een duim heeft, terwijl de in het midden van dien geplaatſte ſpleet of opening des *Endeldarms* zelve, maar vijf linien middellijn hadt; beide deeze ſpleeten of ope-

nin-

pollicis et unicae erat lineae; ejus crasſities in medio ejusdem loci, circino determinata, quinque linearum longitudinem ſuperat.

Ad *utrumque latus, omnium viginti* Lacertae nostrae *digitorum, juxta integram illorum longitudinem, acutus prominet Limbus ſerratus, magis vero conſpicuus ad digitos pedum posteriorum quam anteriorum.*

Quantum *tactu discernere mihi licuit, omnes quatuor digiti interiores unico tantum osſiculo intus praediti ſunt; hisce digitis vero vicini quatuor, ſinguli duobus osſiculis: quatuor medii autem tria ſinguli habent osſicula; ſinguli vero quatuor digiti exteriores tria iterum osſicula modo habere videntur.*

Unius *pollicis novemque linearum longitudine distat* Femoris Articulus *ab ibidem fere evanescente* Sutura Dorſali; *eademque longitudo est distantiae, quae, juxta ventrem menſurando, reperitur inter duos* Femorum Articulos; *a Femoris Articulo usque ad* Ani Limbum externum, *integri pollicis longitudine aequatur intervallum. Hic vero* Ani *Limbus exterior, membranacea-carneus, duarum linearum est crasſitiei ac latitudinis; dimidiae vero lunae formam fere refert, postica ſua parte; caudae ibidem incipienti vicina; est vero compresſus ac tenuis in parte ſua anteriore, quae ventri incumbit, totiusque hujus Limbi diameter est unius pollicis; ſed in medio ejus hians aper-*

ningen hadden eene langwerpig-ronde gedaante, zijnde dwarsch, midden onder tegens 't lijf aan geplaatst, ter plaatſe, alwaar het lichaam eindigende, de Staart begint.

Net op de hoogte van den *Aars* begint de *Staart-Vin*, dewelke in zijn geheel beſchouwt, eene cirkelſneede vertoont, die in haaren rand, vooral aan den agterkant, onregelmaatig uitgehold is. Deeze *Vin*, gemeeten aan haaren onderkant, langs de Rug van den Staart, heeft de lengte van negen duimen en een halve linie; en op haare breedſte plaats bijna de breedte van vier duimen, de breedte van den Staart zelven daar ter plaatſe meede gereekend zijnde, dien ik eeven agter het einde deezer *Vin* bevond te zijn agt en een halve linien. Ik kon zeer duidlijk in deeze *Vin* zeventien *ſtraalen*, *graaden* of *kraakbeentjes*, door 't gevoel ontdekken, die, ſchoon vrij ſteevig, egter ook buigzaam zijn; zodat gemelde *Vin*, ſchoon zij door middel van dezelven, eeven als de *Vin* van een visch, uitgeſpannen en geplooid kan worden, altoos egter moet ſtaande blijven; al het welke ik, zo wel als de gemelde *ſtraalen* zelve, duidelijk zag, wanneer ik den geheelen *Staart* en zijne *Vin* op verſcheidene wijze draaide of in beweeging bragt. De *Staart-Vin* is langs haaren geheelen bovenrand bezet met hondert en twintig ſcherpe *Tandjes*, zeer veel gelijkende

naar

tura Intestini Recti *dat modo diametrum quinque linearum. Oblongo-rotunda est forma duarum harum Rimarum, quae ad ipsius corporis mediam posticam partem, ortui caudae vicinam, locatae sunt.*

Pinna Caudalis *incipit in eadem* Ani *regione, atque tota quanta est, valde similis mihi videtur circuli segmento, cujus limbus posterior praesertim dispari modo excavatus est; facta mensura juxta dorsum caudae, quae inferiorem hujus pinnae partem facit, novem pollicum et dimidiae lineae longitudinem ejus* pinnae *esse apparuit; summaque ejus latitudo, una cum illa caudae, fere quatuor pollicum; caudae vero solius latitudo, ubi* pinna *desinit, octo et dimidiae modo linearum est; septendecim* Radios *in hacce* pinna *distinctissime tactu percepi, cartilagineae vel osseae indolis, quippe flexiles quamvis satis rigidos, ita ut, quamvis* pinna *eorum ope, aeque ac pinna piscium, expandi et plicari possit, semper tamen erecta manere debeat; id quod, imo ipsos radios, clare vidi, quoties integram, cum sua hacce* pinna, *caudam variis modis movere vel torquere mihi placuit; superior totus limbus hujus* pinnae, *acutis denticulis, numero centum et viginti obsessus est; qui serrae denticulis valde similes, fere omnes eandem exhibent formam ac magnitudinem, acuto unico apice praediti, qui plerorumque apex tamen retrorsum vergit; imo posti-*

naar de tanden eener zaag, alle meest van ééne *grootte* en *gedaante*, en eindigende in een enkele fcherpe fpits of punt, welke aan de meeste agterwaarts geboogen ftaat, ja zelve zeer fterk naar agteren zijn omgekruld aan die, welke op 't agterst gedeelte deezer *Vin* geplaatst zijn.

De *Rugnaad*, welke onmiddelijk teegens het agterhoofd aan begint, en tot aan de *Staart-Vin* zich uitftrekt, beftaat geheel en al uit dergelijke *Tandjes*, die egter onder elkanderen merklijk verfchillende zijn, zowel in lengte als gedaante; want ik vond veele groote en lange *Tandjes*, waarvan fommige maar één, veele twee punten hadden, en tusfchen deeze groote vond ik veele kleine onregelmaatig verfpreid: de meeste kleine en het minste getal der groote zijn geplaatst op de hoogte der *Ooren* en tusfchen de *Schouderbladen*; het geheele getal deezer *Tandjes* van den *Rugnaad* was ruim negentig. Van het einde der *Staart-Vin* tot aan het uiteinde des Staarts zelven, is eene lengte van vijftien duimen. De gedaante van deezen *Staart* is genoegzaam rond van den *Aars* af tot digt bij het einde der *Staart-Vin*; maar aldaar wordt hij langzaamerhant plat en driekantig, zodat van 't einde der gemelde *Vin* af tot aan 't einde van den *Staart* zelven, eene driehoekige gedaante plaats heeft, zijnde de *Staart* van onderen breed en platagtig, maar van weerskanten naar boven toe fmaller wordende,

cae pinnae parti insidentes denticuli apicem illum plane recurvatum habent.

Ex *similibus denticulis constat* Sutura Dorsalis, *quae statim ad* Occiput *oritur et ad* Pinnam Caudalem *usque procurrit: sua tamen forma atque longitudine valde inter se discrepant hujus* Suturae *denticuli; multos enim longos et magnos reperi denticulos, quorum aliquot unico tantum apice, plures vero duobus apicibus praediti erant ac inter magnos hosce multi parvi, dispari modo sparsi, exstant: maximus horum parvorum, minimusque magnorum numerus situs est in regione oculorum et intra scapulas: omnium horum denticulorum numerus nonagesimum excedebat. Quindecim pollicum est longitudo a fine* Pinnae Caudalis *usque ad ipsius* Caudae *extremitatem;* Cauda *ipsa ab ano prope ad finem* Pinnae, *fere rotunda est, sed ibi sensim planior et triquetra redditur, ita ut reliqua* Cauda *ad ejus extremum apicem usque formam triangularem referat; inferne quippe lata fereque plana est et inde utrimque, sursum versus, angustior evadit, adeo ut acutum foret dorsum, nisi canaliculi species, quae lineae fere latitudinem habet, in dorso hocce extenderetur.*

de, zodat 't bovenſte gedeelte eene ſcherpe rug uitmaakte, wierdt 'er niet een *groeſje* of *geutje* omtrent eene linie breed, boven-op gevonden.

De geheele *lengte* nu van dit Dier, in eene rechte lijn van den punt des *Snuits*, tot aan 't ſpitſche einde van den *Staart* gemeeten, is *drie en dertig duimen en drie linien*, *Rijnlandſche maat*, waarvan ik mij in deeze geheele Beſchrijving bediende, wiens voet uit twaalf duimen beſtaande, vijf linien korter is dan de gewoone *Franſche voetmaat* van *Parijs*, dog agt linien minder lengte heeft dan de zogenaamde *Franſche Koningsvoet*, maar vier en een halve linien langer is dan de gewoone *Engelſche*.

De *Kleuren* van dit Dier zijn aan 't *Hoofd* en den geheelen *Kraag* groenagtig met witte vlammen, op de *Rug* en *Staart* bruinagtig, over de geheele *Staart-Vin* gebrooken-bruin, aan den *Buik* graauwagtig. 't *Lichaam* is bezet aan weerskanten met veele groote en kleine onregelmaatig verſpreide, witte ſtippen of vlakjes, die hier en daar ook aan de voor- en agterpooten beſpeurd worden.

Thans eindig ik deezen Brief met U Wel Edelen over uwe behoudene te rugkomst in *Europa* hartelijk geluk te wenſchen, en te hernieuwen de opregte verzekeringen mijner ſchuldige dankbaarheid voor dit en veele andere fraaie geſchenken, tot uitmuntende ſieraaden mijner verzameling ſtrekkende, terwijl ik met zeer veel agting en geneegenheid ſteeds betuige te zijn,

Zeer Ervaarene Heer en hoog geagte Vriend!

U Wel Edeles Dienstwillige Dienaar

Amſterdam den 16 September, 1768.

JOH: ALB: SCHLOSSER.

INTEGRA *nunc totius hujus Animalis longitudo, recta linea ab Oris apice usque ad* Caudae *acumen ducta, triginta trium pollicum ac trium est linearum juxta menſuram* Rhenolandicam, *qua in tota hacce deſcriptione uſus ſum; cujus Pes, duodecim pollicibus conſtans, quinque lineis brevior est pede vulgaris menſurae Pariſinae; dum Gallorum ſic dictus* Pes Regius *octo lineis longior est eodem nostro pede Rhenolandico, qui tamen quatuor et dimidiae linearum longitudine* pedi Anglico vulgari *antecellit.*

IN Capite *totoque* Collari *Animalis nostri* color *viridescens, ſtriis albis diviſus, conſpicitur; fuscus* color *est* Dorſi *atque* Caudae, *integra vero* Pinna Caudalis *pallido-fusci est coloris;* Venter *griſei. multa vero magna parvaque, diſpari modo ſparſa, ſtigmata alba corpus ipſum utrimque ornant, quae hinc inde etiam in anterioribus posterioribusque pedibus exſtant.*

CAETERUM, *prosperum tibi in* Europam *reditum, ea, qua decet, voluptate, gratulatus, gratumque tibi animum obtestatus, pro hoc aliisque eximiis, a te misſis, muneribus, muſaeum meum praeclare exornantibus, huic Epistolae finem impono. Vale! vir amicisſime! meque inter Amicos, ſinceros meritorum tuorum cultores, ſemper habere perge!*

Dabam Amſtelodami XVI. Kal. Octobr. CIↃIↃCCLXVIII.

CORRIGENDA.

Pag. 11. reg. 13. *amplificanda atque prosequenda.* lege *amplificanda atque perficienda.*

--- 17. --- ult. *N.* 15. lege *N.* 16.

--- 23. --- 12. *ex qua* --- *ex quo*

----- --- 14. *duae* --- *duo*

--- 29. --- 4. *anteriori* --- *interiori*

--- 33. --- 6. *quam* --- *quamvis*

ZINHINDERENDE DRUKFEILEN.

Bladz. 10. reg. 1. niet *lees* hier

---- 20. --- 14. Stoartvin --- Staartvin

---- 24. -- (laatste) agterste --- uiterste

PETRI BODDAERT,

MEDICINÆ DOCTORIS,

Urbis FLISSINGÆ exconſiliarii, Societatis ZEELANDICÆ ſcientiarum, quæ FLISSINGÆ eſt, Socii,

EPISTOLA

AD VIRUM AMPLISSIMUM

W. ROËLL,

MEDICINÆ DOCTOREM,

Urbis AMSTELODAMI Commiſſarium, Societatis INDICAE Occidentalis Moderatorem, Societatis SURINAMENSIS Directorem Sagaciſſimum.

DE

TESTUDINE CARTILAGINEA,

Deſcripta atque accuratiſſima icone illuſtrata

EX MUSEO


VIRI CELEBERRIMI

JOHANNIS ALBERTI SCHLOSSERI,

Dum in vivis esſet

MEDICINÆ DOCTORIS

Expertisſimi, Societatis regiæ LONDINENSIS, atque Societatis ZEELANDICÆ quæ FLISSINGÆ eſt, Socii.



AMSTELODAMI,

APUD CORNELIUM VAN TONGERLO, MDCCLXX.

WEL EDEL GESTRENGE HEER!

Wij hebben onze verwondering dikwijls laaten gaan, over de verſcheiden Dieren, welke met ons, onzen Landen Waterbol bewoonen; zoo vaak wij over de Natuurlijke historie ſpraaken, en die overeenkomſt zogten na tegaan, welkers aanzijn zoo klaar blijkt. Wij oordeelden, dat de Natuur zonder gaping, in eene geduurige rei van den Menſch tot den Polijpus voortging, dat hier van daan de Plant-Dieren het Dierenrijk, met dat der Bloemen vereenigden, en wij zaagen verder, hoe door verſcheiden trappen de bewerktuigde Planten, tot de onbewerktuigde Delfſtoffen overgaan.

Het zij mij thans geöorlofd Weled. Heer U Weled. eenen ſchakel uit dien grooten keten voortedraagen, en wel zulk eenen die de Levenbaarende met de eijerbaarende verbind. Ik meen het Kraakbeenig Schildpadje.

Mij dunkt ik hoor U Wel Ed. Geſtr. mij reeds tegenwerpen,

 dat

III.

P. BODDAERT
OVER DE
KRAAKBEENIGE SCHILDPAD.



PETRUS BODDAERT
DE
TESTUDINE CARTILAGINEA.

B R I E F

V A N

PIETER BODDAERT,

MEDICINÆ DOCTOR,

Oud Raad der Stad VLISSINGEN, Lid van het ZEEUWSCHE Genoodschap der Wetenschappen te VLISSINGEN,

A A N D E N

WELEDELEN GESTRENGEN HEERE

W. R O Ë L L,

MEDICINÆ DOCTOR,

Commissaris der Stad AMSTERDAM Bewindhebber der WEST-INDISCHE Compagnie, en Directeur der Societeit van SURINAME.

Behelzende eene Naaukeurige Beschrijving, en naar het leven vervaardigde Afbeelding,

V A N D E

KRAAKBEENIGE SCHILDPAD,


Uit de Verzameling van Wylen den

WELEDELEN ZEER GELEERDEN HEERE

JOHANNES ALBERTUS SCHLOSSER,

In Zijn WELED. Leven

Zeer Kundig Artz, Lid van het Koninglijk Genoodschap te LONDON, en van het ZEEUWSCHE Genoodschap der Wetenschappen te VLISSINGEN.



Te AMSTERDAM,

BY KORNELIS VAN TONGERLO, 1770.

II_Br.



F. de Bakker fecit.



VIRO AMPLISSIMO

W. ROËLL,

MED. DOCT.

S. D. P.

P. BODDAERT.

VARIA, *quae nobiscum globum nostrum terraqueum habitant animalia, saepius mirati sumus, cum mihi Vir Celeb. contigerit sermonem de re Naturali tecum habere, atque analogiam, quae inter ea tam clare patet, prorsus inquirere. Vidimus tum Naturam absque hiatu et continuata serie procedere, ab homine ad polypum, et inde zoophyta, duplici vita, regnum Faunae cum laeto Florae imperio conjungere, Et tandem per varios plantarum gradus, in inorganisata desinere corpora perspeximus.*

JAM *mihi liceat Vir Celeb. annulum ex illa magnâ catenâ oculis tuis subjicere et quidem talem, qui ovipara cum viviparis conjungit animalibus;* TESTUDINEM *volo* CARTILAGINEAM.

TE *mihi objicientem, non per Testudines, sed Lacertas transitum effici,*

dat deze overgang, niet door de SCHILDPADDEN, maar door de *Haagdisſchen* gemaakt word; maar wat is een SCHILDPAD anders dan een geharnaschte *Haagdisch*, en in de Natuurlijke order, ſchijnende SCHILDPADDEN, tot de *Haagdisſchen* te behooren, of ten minſten dezelve ten naauwſten te volgen. Het blijkt duidelijk dat zij in allen deele met de *Haagdisſchen* overeenkomen, en alleen door een beenig ſchild onderſcheiden zijn; het is bij een naaukeurig onderzoek ten hoogſten blijkbaar, en alle de waarneemingen der Natuur onderzoekeren toonen aan, dat de meeste Zee bewooners, met een dik Leder, Schubben, of Schilden gewapend zijn. Dus hebben de Visſchen *ſchubben*, de Schelp-Visſchen *kalkagtige Huizen*, de Zee-Duizendbeenen en de Zee-Katten *ſcheeden*, de ſterren en verſcheiden Zee-appels zijn lederagtig of kalkagtig. Deze bij elkander gebragt, kan dunkt mij de natuurlijke order dus begreepen worden: De *Haagdisſchen*, de *Schildpad*, de *Zee-Kat*, de *Zee-Ster*, de *Zee-Appel*, de *Hoorens* en *Schulpen*, de *Zandpijp* de *Steenworm*, de *Houtworm*, de *Zandkoker*, de *Zee-Duizendbeen*, de *Zee-Rups*, de *Visſchen*.

IK oordeel dat het geſlagt der SCHILDPADDEN, tusſchen de *Haagdisſchen*, en *Zee-Katten* moet geplaatst worden, om dat het

video, ſed TESTUDO, *quid aliud est quam Lacerta loricata, et in ordine Naturali* TESTUDINES *pertinere, ad Lacertas vel ſaltem proxime ſequi, nullus dubito. Ab omni parte cum Lacertis convenire, et ſolum modo oſſea differre testa clare patet; et oceanis incolis id proprium eſſe, quod duriori corio, ſquamis, ſcutisve durioribus obtegantur, docent omnium Naturae ſcrutatorum obſervationes, ſic* Pisces *ſquamis,* Lacertae *ſcutis* Conchijlia *testis,* Nereides *tubis,* Sepiae *vaginis inſtruuntur, et* Aſteriae, Echinique *coriaceae, vel calcareae. Hisce in Phalanges redactis, ordo Naturalis ſic concipi poſſe mihi videtur:* Lacerta, Testudo, Sepia, Aſterias, Echinus, Conchijlia Univalvia, Bivalvia, Solen, Pholas, Teredo, Serpula, Nereis, Aphrodite, Pisces.

GENUS *itaque* TESTUDINIS *inter Lacertas et Sepias collocari deberi, ex eo cenſeo, quod figura capitis, pedum, caudaeque Lacertam,*

 refe-

Hoofd, de Voeten en de Staart eene *Haagdifch* vertoonen, en het Ligchaam, gelijk dat der Zee-Katten, in eene fcheede beflooten is. De Ridder LINNÆUS geeft het geflagts merk aldus op: *een viervoetig Ligchaam, dat een Staart heeft, met een Schild bedekt is; en de Kaakbeenen, zonder Tanden.* (Syft. XII. p. 350.) De Heer GRONOVIUS befchrijft de SCHILDPAD aldus: *een viervoetig Ligchaam, met een harde onbeweeglijke Schaal omgeven, onder welke het Hoofd, de Voeten, en de Staart konnen verborgen worden; Vier loop- of Zwem-Pooten, de Staart zeer kort en kegelagtig.* (*Muf. Icht. II. p.* 85.) Volgens den Natuurlijke rang kan de SCHILDPAD dus bepaald worden: *Kortftaartige Haagdisch met een geharnafcht Ligchaam.*

DIT geflacht kan in drie benden verdeeld worden. De *Zee-Schildpad* met Zwem Pooten, de *Land-Schildpad* met gefpleeten Vingers, en de *Zoetwater-Schildpad*, met ftompe onverdeelde olijphants voeten (LINN. *ibid. in d' aanmerk.*)

ALLE hebben zij dat gemeen, dat het Hoofd wat breeder dan den Hals is, en kegelagtig, de *Hals* is rolrond, en gerimpeld, het Ligchaam met een fchild, dat beenig, Kraakbeenig, of Lederagtig is gedekt, in zommigen is het als een verwulf verheven, in an-

referat, atque corpus, aeque ac Sepiarum, vagina ſeu teſta includitur. Clariſſimus LINNÆUS *characterem genericum ſic deſcribit,* Corpus tetrapodum, caudatum teſta obtectum, os mandibulis nudis, edentulis (Syſt. XII. p. 350.) *Cel.* GRONOVIUS *Teſtudinem definit:* Corpus quadrupes, teſta duriore immobili circumdatum, ſub qua Caput, Pedes, caudamque abſcondere poteſt, Pedes quatuor curſorii aut natatorii; cauda breviſſima conica. (Muſ. Icht. II. p. 85.) *Secundum ordinem naturalem definienda foret:* Lacerta brevicauda, corpore cataphracto.

IN *tres, facile Phalanges hoc genus dividitur, nempe Testudo* Marina, *pedibus pinniformibus, ſubmuticis.* Terrestris *pedibus fiſſis digitatis, et* Paludoſa *ſive aquarum dulcium, pedibus elephantinis obtuſis indiviſis.* (LINN. Syſt. XII. l. c. annotat.)

OMNES *id commune habent, quod Caput collo paulo latius ſit, ſubconicum,* Collum *cylindricum, rugoſum, praeputium retrotractum refert. Omnium corpus teſta oſſea, cartilaginea, vel coriacea obtegitur ab omni parte.* Testa *in aliis fornicis inſtar convexa, in quibusdam paulo*

andere is het wat platter, in anderen wederom vlak, waar van ik 'er maar een ken; die ik zelv bezit.

HIER blinken geen gloeïende Coleuren, want alle zijn zij bruin, grijs of zwartagtig, behalven de gemelde platte, die wit is, echter niet zonder vermenging van bruin grijs aan de Vinnen. Echter heeft de SCHEPPER hen niet zonder Cieraad gelaaten, want der meesten schild is met regelmatige figuuren die, zeshoekig, vijfhoekig of veelhoekig zijn, geteekend, behalven de *Kraakbeenige* die ik straks beschrijven zal, de *Lederagtige* (LINN. *Syst. XII. p.* 350. *n.* 1.) en de *Gekorrelde*, welke de Heer VAN DER MEULEN, bezit, en volgens zijne gewoone heuschheid, mij bij gelegentheid des zelvs beschrijving toegestaan heeft. Alle hebben zij eene korte kegelagtige staart, die aan haar begin rimpelig is, en aan de punt hard. De meeste worden zeer groot, zoo dat zij dikwijls tweehonderd pond en meer weegen.

IK zal hier de inwendige deelen der SCHILDPADDEN niet beschrijven, en alleen maar aanteekenen 't geen mij het zeldzaamste voorkomt. Het hart is breeder dan hoog; De *Longen* doen niet veel tot den bloedsomloop, want gelijk andere tweeslagtige hebben zij een eijrond gat in 't hart, nog ook tot de stem, want de

 SCHILD-

planior, et in aliis, quarum tamen unicum novi exemplar, quod ipse possideo, plana.

Non *hic, ut in aliis animalibus, splendor colorum vividorum oculos ferit, omnes enim fuscae, griseae vel brunneae, praeter modo dicta plana, quae alba, non tamen sine grisei ad pinnas intermixtione; haud tamen omni ornamento iis destituit* Creator; *plerarumque enim scuta, pulcerrime figuris regularibus hexagonis, pentagonisve, vel trapesiis exsculptis delineantur, exceptis solis* Cartilaginea, *mox describenda,* Coriacea, (Linn. Syst. XII. p. 350. n. 1.) *et* Granulata, *quam possidet* D. Wilh. van der Meulen, *mihique pro solitâ suâ humacitate, describendi veniam, data occasione, promisit.* Cauda *in omnibus brevîs, conica, basi rugosa, apice dura. Pleraeque in ingentem crescunt magnitudinem, ita ut aliquando ducentas et amplius ponderent libras.*

Non *hic partes internas* Testudinum *describam; solum modo quaedam notabo, quae mihi rariora videntur; Cor latius quam altum; nec* Pulmones, *ad circulationem perfecte aliquid faciunt, nam ut alia Amphibia, cor habet foramen ovale, nec ad vocem, nulla enim* Testudo *clamores edere po-*

Schildpadden geeven geen geluid * maar zij beslaan de plaats der Lugtblaazen welke men in de visschen vind, en het evenwigt is zoo juist, dat de Schildpad niet zinken kan, wanneer het schild door de zonne straalen verdroogd is. De *Slokdarm* is van binnen alom met kegelagtige teepetjes bezet, even gelijk de Heeren D'Aubenton, en Pallas in den *Slokdarm*, en aan den wortel der tong van zommige Vledermuizen gevonden hebben. (D'Aubent, *Hist. Natur. Tom. XX.* edit. 12°. *pag.* 94. *tab.* 15. *fig.* 2. 3. Dierk. Mengelw. II. *St. tab. II. fig. 6. bb.*) Schoon men uiterlijk geen gehoortuig ontdekt, egter is het slaapbeen van binnen hol, en met een rond gaatje doorboord, welk gaatje door een Kraakbeenig plaatje geslooten word, deze holligheid bevat twee buizen, waarvan de eene met een vlies geslooten is, dat men voor een trommelvlies houden kan.

De Teeldeelen van het Mannetje leggen in de Lieschen, en vertoonen zig in de paertijd, het Wijfje is eijer-baarend, welke eijeren, wit en zagt zijn, zonder schaal.

Dit

* Dat de Schildpadden egter in levensgevaer vervaerlijk schreeuwen, verhaalen de Heeren Nobleville en Salerne *Histoire des Animaux* Tom. II.

test *, *ſed, locum tenet veſiculae äereae, quam in piscibus obſervari licet, et aequilibrium adeo perfectum est, ut ſi testa, radiis ſolaribus calefiat haud amplius, descendere poſſit. Oeſophagus a parte, internâ, tota undique glandulis conicis, oblongis, recumbentibus obſita, quales ſed minores, numero et magnitudine in œſophago, et ad radicem linguæ vespertilionum, invenerunt, viri doct.* D'AUBENTON *et* PALLAS (*Vide* PALL. Specil Zool. fasc. IV. tab. II. fig. 6. bb. Histoire Natur. tom XV. edit. 12°. pag. 92. tab. 15. fig. 2. 3.) *Quamvis externe nullum auditus organum in* TESTUDINE *appareat, os temporis tamen parte poſtica concavum, et foramine rotundo pertuſum, quod foramen cartilagineâ lamina clauditur, cavitas haec tubos duos continet, quorum alter membrana clauditur, quae pro membrana tympani habenda est.*

ORGANA *maſculi maxima, in inguine ſita ad tempus oestri ſeſe ostendunt; femina ovipara; ova deponit mollia, alba absque tegmine calcareo.*

HAEC

* TAMEN, *de* TESTUDINE *in ſummo deſcrimine vitae, clamores horrendos edente, memorant*, D. SALERNE *et* NOBLEVILLE Hiſt. des *Anim. Tom. II.*

DIT, WEL ED. HEER, is het geen ik van de SCHILDPADDEN, aanmerkens waardig vind, hunne taaijheid van leeven hebben zij met andere Zee-Dieren gemeen, dezelve is zoo groot, dat de beroemde REDI het geheele hersſen geſtel uit een SCHILDPAD genoomen heeft, egter wandelde dezelve en bewoog zig niet alleen, maar de wond was in drie dagen geneezen, en zij leed niets, dan dat zij blind was; of derhalven de grondregel, *dat de grond van beweeging, en gevoel van de harsſenen en zenuw-bedden moet afgeleid worden*, hier geen uitzondering lijd, zal ik thans niet onderzoeken.

WAT de onderſcheiding der zoorten aangaat, deze moet van de pooten, bek, en ſchild genoomen worden, de onderſcheiding der Pooten hebben wij boven gezien de Zwem-Pooten, dienen voor Vinnen om te zwemmen, zij zijn geheel lederagtig, buigzaam, en met een nageltje aan de bovenzijde voorzien. Deze SCHILDPADDEN hebben gemeenlijk een ſchild op het welk de ſchilden daksgewijs leggen, en bladeragtig, of vijf hoekig zijn. (SEB. *Schak.* tab. 79. f. 3. 4. tab. 80. f. 1.) de Bek is van vooren haaksgewijs omgekromd en de Kaakbeenen loopen dus puntig toe. Schoon de meeſte geen tanden hebben, egter zijn de Kaakbeenen zaagsge-

HAEC *ſunt* VIR AMP. *quae de* TESTUDINIBUS *in genere notatu digna detegere potui; Vivacitatem cum coeteris plerisque marinis communem habent, eaque tanta eſt, ut Celeb.* REDI, TESTUDINI *terreſtri, omne auferens cerebrum, viderit eam non ſolum ambulantem, moventem, ſed et vulnus per triduum ſanatum erat, et nil mali inde paſſa, niſi quod viſu orbaretur, an ergo hoc axioma Phyſiologicum,* quod omnis ſenſatio, et motus principium ex cerebro, ut thalamo nervorum derivandum ſit, *inde non exceptionem patiatur, hic non discutiam.*

QUOD *ad ſpecierum diſtinctionem attinet, haec à pedibus, rostro, et testa deſumenda. Pedum distinctionem paulo ſuperius vidimus.* Pinniformes *pinnarum inſtar natatui inſerviunt, et toti coriacei, flexiles, unguiculo ad partem ſuperiorem inſtructi: hae plerumque testam habent inbricatam ſcutis lanceolatis; vel pentagonis;* (SEB. Theſ. I. tab. 79. f. 3. 4. tab. 80. f. 1.) *rostrum anterius inflexum, maxillis in apicem curvatum abeuntibus, quamvis dentes pleraeque non habeant; attamen denticulatae ſive ſerratae ſunt, qualiter videmus in* Lacerta Crocodilo *orientali.*

gewijze uitgeſneeden, gelijk in d' Oost - Indiſche *Crocodil.*

Het ſchild der Zee Schildpadden is verheven, om dus te beter het evenwigt te houden. De dikte en hardheid van dit ſchild is verſchillende in de verſcheiden zoorten, in zommige zijn zij zeer hard en met harde knobbeltjes bezet, gelijk in de *Geknobbelde* (Linn. *Syſt. p.* 351. Gronov. *Zooph.* 47.) en welke bij Seba. (*Schatk. I. tab.* 69. *f.* 1. 2.) zeer fraaij afgebeeld is, yder ſchildje is met een knobbeltje bezet, en maakt dus drie evenwijdige kielen op het ſchild, en twee aan den buik. Andere hebben een dergelijk ſchild, maar zonder knobbeltjes, en met lange zeszijdige ſchilden voorzien, die geheele ruw zijn gelijk in de *Getandde.* (Linn. *Syſt. XII. p.* 352.) in andere rijzen de plaatjes uit het ſchild als geknotte kegeltjes, gelijk in de *Wiskunstige* Linn. *p.* 353. *ſeb. I. p.* 86; andere zijn gelijk de Visſchen met vijf hoekige ſchubben gedekt, gelijk in de *Carett.* (M. Catesb. *Nat. Hiſt. of Carol. p.* 39. *tab.* 39. en Seb. *l. c. tab.* 80. *fig.* 9.) Deze en verſcheide andere hebben een verheeven, maar andere een plat, zagt ſchild, zoodanig, zijn de twee zeldzaame, welke zoo veel ik weet, alleen in de verzameling van wijlen den Heer Schlosser gevonden werden, en welke ik

thans

TESTA TESTUDINUM *marinarum convexa, ut tanto melius in expanſione cum aere externo aequilibrare posſit. Denſitas atque durities hujus testae varia est pro variis ſpeciebus; in quibusdam enim durisſima, tuberculisque ſolidisſimis inſtructa, qualis eſt* TESTUDO Scabra (LINN. Syſt. XII. p. 351. GRON. Zooph. 74.) *quodque enim ſcutum tuberculo notatum est, et itaque tres carinas parallelas in testa efficit; atque duas in ſcuto ventrali. Aliae testam habent* Scabrae *ſimillimam absque tuberculis, ſed ut illa, ſcutis oblongis hexagonis, inſtructam, quae tota ſunt ſcabra, ut in* denticulata LINN. Syſt. XII. p. 352. *in aliis ſcutella ex testa oriuntur, quaſi coni truncati, ut in* Testudine Geometrica, LINN. l. c. p. 353. SEB. Muſ. I. tab. 80. *Aliae tandem piscium inſtar, ſquamis pentagonis imbricantur, qualis Caretta occurrit,* CATESB. Nat. Hiſt. of Carol. p. 39. tab. 39. SEB. l. c. tab. 80. f. 9. *Hae et plures aliae testa gaudent elevata, ſed aliae testam habent compresſam molliorem, tales ſunt duae illae rarisſimae ſpecies, quas, quantum ſcio,* SCHLOSSERUS *ſolus posſidebat* alba *nempe, et mox deſcribenda* CARTILAGINEA, *quasque ambas coram habeo, atque poſſideo.*

thans voor mij heb, en bezit de *Witte* namentlijk en de *Kraakbeenige*.

De Witte Schildpad (op dat ik UEd.) dezelve aanduide, behoort tot de Zee Schildpadden, de lengte van den bek tot den ſtaart is twee duim * elf lijnen en een vierde. Het Hoofd is van boven verheeven, zeer glad, lang, en breeder dan hoog met ſestien ſchilden gedekt; Boven op den *Bovenkaak* die loodlijnig is en uit een been beſtaat, ſtaan de Neusgaten ſchuinſch, deze zijn een halve lijn lang een ſesde lijn breed, van boven ſtaan zij een lijn van elkander, en van onder een halve lijn; het Bovenkakebeen is anderhalve lijn hoog, de Oogen zijn groot naar evenredigheid gelijk in de meeste van dit geſlagt, het heeft geen halsband, dat zeer bijzonder is, het vel van den Hals is bruin rood, vier lijnen lang, gerimpeld korrelagtig, het *Schild* is eijrond, gerand, aan den hals uitgeſneden, de grootſte as, is een duim en negen lijn en, de kleine as is een duim en zeven lijnen. De rand beſtaat

* Ik heb in de Maaten de Fransſche voetmaat gebruikt, om bij gelegentheid met die van de Heer Buffon, en van het dierkundig Mengelwerk te konnen vergeleeken worden.

III. Brief.

TESTUDO ALBA, *ut hanc tibi* VIR CL. *notam faciam, ad marinas pertinet, longitudo ab apice roſtri usque ad extimam caudam, duas uncias undecim lineas cum quarta parte obtinet* *. *Caput, ſuperne convexum, glaberrimum, albido-lividum, oblongum, Cathetopeateum, ſexdecim ſcutis tectum; maxillae ſuperiori, (quae perpendicularis, et ex uno osſe conſtat,) ſuperſtant nares obliquae; ſemilineam longae, ſextam partem lineae latae, a parte ſuperiore per lineam a ſe diſtant; a parte inferiore per ſemilineam, maxilla ſuperior ſesquilinea alta est, oculi pro mole magni, ut in plerisque congeneribus; nullum, quod ſingulare est, colli praeputium, ut in aliis omnibus, cutis colli rufo fusca longitudine quatuor linearum, rugoſa, granuloſa.* Scutum, *ellipticum, marginatum ad collum exciſum, in axe majore unam unciam, cum novem lineis habet, axis minor unius unciae, ſeptemque linearum eſt. Margo ex viginti quatuor ſcutellis quadratis conſtat; inter haec inter jacent et tre-*

* UBIQUE *in menſuris, pedem gallicum* (Pied du Roi) *adhibui, ut et in ſpicilegiis zoologicis Belgicis, ut tanto melius data occaſione, cum operibus Cl.* BUFFONII *atque D. Pallas menſurae meae comparari posſint, absque calculo.*

ſtaat uit twintig vierkante ſchilden, tusſchen deze leggen dertien grooter *Schilden*, in drie reien, in de middelſte rei leggen vijf regelmatige zeshoekige lange *Schildtjes*, behalven het laatſte, dat een geknotte driehoek vertoond. In de zijdelingſche reien zijn de bovenſte ongelijk en krom na de randzijde, de twee volgende verbeeldeu wapen *Schilden*, de laatſte zijn ongeſchikte vierkanten, daar loopt een een witte band in de lengte, door de middelſte reij. In alle andere is het *Schild* verheeven, dog hier hol, zoo dat het een boog maakt, die anderhalve lijn diep is. De verw is witagtig of liever graauw van onder is het Ligchaam geheel wit. Het Onderkaakbeen is korter dan het bovenſte, en beſtaat uit drie beenen waar van het middelſte in een punt eindigt, welke punt in een holte van het verhemelte geſlooten word, in geen van beide Kaakbeenen vind men tanden, het Onderkaakbeen is van binnen zeer dik en heeft als een middelſchot, gelijk in de wandbeenderen der viervoetige dieren, de binnenſte tafel is zeer wit en het middelſchot bruin, de tong is zeer zagt, aan alle kanten vastgegroeid, de keel is rimpelig, en korrelagtig, als ook de ſtrot en hals.

HET *Buikſchild* dekt den geheelen onderbuik, en rijst met een punt op de Borst, van daar loopt het onder de armen, en daar

be-

tredecim ſcuta majora, tribus ſeriebus poſita, media ſeries continet ſcuta quinque regularia, oblonga, hexagona, praeter ultimum quod refert pyramidis latus ab omni parte truncatum, ſeries duae laterales ſcuta habent prima irregularia, a parte marginis curva, duo ſequentia, ſcuta genealogica nobilium referunt, ultima ſunt quadrangula irregularia, linea ſive faſcia albidior linearis, Sesquilineam lata, ſeriem mediam longitudinaliter ſecat. Scutum, in omnibus aliis convexum, hic concavum eſt, ita ut arcum efficiat ſesquiliniae altum, color albidus, ſive potius cinereus, ſubtus corpus totum album eſt. Maxilla inferior ſuperiore brevior, ex tribus oſſibus conſtat, quorum medium in validum apicem deſinit recurvum, in foſſula palati recondendum, dentes in utraque maxilla deſunt, maxilla inferior, intus inſpecta, craſſiſſima eſt, et quaſi diploen habet, ut in oſſe bregmatis quadrupedum obſervari ſolet, tabula interna albiſſima, diploë fuſcum, lingua molliſſima, per omnem partem adnata, gula rugoſa granulata, ut et guttur et collum inferius.

SCUTUM Abdominale *totum tegit abdomen, mucrone ad pectus ſurgit, dein ſub brachia descendit, ibique margo incipit inferior, ex*

begint de rand uit vijf ſchildjes beſtaande, en eindigt aan de dijen, het loopt tusſchen de dijen door, en eindigt in een punt. De lengte van de eene punt tot de andere, is een en een halv duim, het beſtaat uit zes ſchubbetjes, die door een lange naad geſcheiden worden, van de agterſte punt tot den aars, vond ik twee lijnen, en een derde, en de breedt drie lijnen, de aars is rond, en de opening is een lijn, rondſom ſtraals gewijs met korreltjes bezet, die langrond en van onder grooter zijn, twee derzelver maaken een goot, die in den aars loopt, welke ik twijfel of voor de ſcheede dient. Agter den aars volgt de Staart die Kegelachtig en krom is, met een een bruin ſwart puntje, deze is met een vliesagtig uitſteekzel aan de rand van 't bovenſchild vastgehegt. De *Schouders* zijn na aan het Ligchaam gerimpeld en gekorreld, en zijn aldaar vier lijnen breed, de lengte van het Schouderbeen is vijf lijnen, en maakt geen hoek met het *Armbeen* maar een boog. Het armbeen is een en een halv duim lang, naar vooren puntig toeloopende, en heeft van vooren zes ſtraalen; het kan den nagel in een gaatje verbergen, deze ſtaat tien lijnen van het punt der Vin af, de Vin is van boven bruin ros, van onder bleeker.

De Dijen zijn twee lijnen in een half lang, fijn gekorreld, vier

 lijnen

quinque ſcutellis conſtans, et ad femora postica deſinens, inter femora deſcendit; Scutum *in apicem deſinit, ab uno apice ad alterum ſesqui-unciam longum eſt, ex ſex ſcutellis conſtans, ſutura longitudinali diviſis; ab infimo mucrone ad anum duas lineas cum tertia parte inveni, in latitudine trium linearum, anus rotundus, lineam in lumine adaequat, granuli radiatim diſpoſiti, oblongî; ſed infima parte majores duae canalem efformant in anum transeuntum, an id pro vagina inſerviat dubito; post anum cauda conica incurva, apice nigro fusco, ſuperius procesſu membranaceo margini ſuperiori adnata.* Humeri *ad baſin granulati, rugoſi, quae baſis quatuor lineas habet, longitudo humeri quinque linearum, est non angulo, ut in aliis animalibus, ſed arcuatim cum brachio junguntur, Brachium ſesquiuncia longum, lanceolatum, ſex radiis in parte anteriori fulcitur, unguis retractilis in foramine, decem lineas ab apice pinnae diſtat, pinna ſive brachium, in pagina ſuperiore fusco testacea, in inferiore pallidior.*

Femora *duas lineas cum ſemisſe longa, argute granulata, tres lineas*

lijnen breed, de Vinnen zijn zeer dun, en beſtaan uit grooter korreltjes en zijn negen lijnen lang, en zes lijnen breed.

UIT deze Beſchrijving blijkt, dat dit SCHILDPADJE tusſchen de *Lederagtige*, en de *Geſchaliede*, van den Heer LINNÆUS geplaats moeten worden. Ik bepaal het zelve aldus.

SCHILDPADJE *met Zwempooten, dat een plat Lederagtig Wit Schild heeft, met eene gekorrelde ſtompe Staart.*

THANS ga ik over, tot die andere zeer zeldzaame SCHILDPAD, welke Wijlen de Heer SCHLOSSER zelv van voorneemens was te beſchrijven, en welkers afbeelding (hier agter gevoegd,) hij reeds had laaten met eenige anderen afreekenen. Zij komt nergens voor, en ik heb dezelve bij geen ſchrijver gevonden, ik oordeele, dat zij voor de rondagtige van de Heer LINNÆUS moet geplaats worden, onder den tijtel van:

SCHILDPAD, *met gepalmde Voeten, een blads gewijs Schild, dat wat plat is, en gekorreld, en met een vooruitſteekende Neus.*

DE geheele lengte van het Dier is drie duimen, het *Hoofd* is bree-

neas, cum tribus quartis partibus lata, pinnae rotundae tenuisſimae ex granulis majoribus conſtant, longitudinem novem linearum, latitudinem ſex linearum inveni.

EX *hacce deſcriptione patet, hance* TESTUDINEM, *inter* Coriaceam, *et* Imbricatam LINNÆI *collocari deberi, ego eam ſic definio:*

TESTUDO pedibus pinniformibus, testa plana coriacea alba, Caudâ granulata, obtuſa.

JAM *nunc ad alteram rarisſimam* TESTUDINEM *venio, quam Clarisſ.* SCHLOSSERUS *ipſe deſcribere decreverat, cujusque iconem hic adjectam, jam cum aliis depingi curaverat; nullibi occurrit, nec apud ullum auctorem inveni; in ſystemate itaque Linnaei inſerendam, ante* Orbicularem *cenſeo, ſub hoc titulo.*

TESTUDO pedibus palmatis, testa lanceolata planiuscula, granulata, naſo elongato.

LONGITUDO *totius animalis tribus unciis abſoluitur, Caput plagio*

breeder dan hoog, van boven zeer glad, met een vel gedekt, dat zwart is, kleine geelwitte ſtipjes. De *Neus* is twee lijnen lang en ſteekt als een ſnuit uit, is van vooren plat, anderhalve lijn in den omtrek, met de Neusgaaten die niers wijze zijn een halve lijn breed; het middelſchot der Neusgaaten is zeer dun, en heeft aan wederzijden een uitſteekzel, het geen de Neusgaaten niersgewijze maakt, deze ſnuit is met een zeer flaauwe dubbele plooij aan de Neusbeenderen vastgehegt, en loopt niet regt, maar is na beneden geboogen, of dit eigentlijk zoo behoort, dan of het door de plaatſing in de fles veröörzaakt is, kan ik niet bepaalen. Doch men ziet dit in de Zeedieren meest regt, als in de *Eenhoorn-Visch*, *Swaard-Visch*, in veele *Krabben*, en vooral in dat zeer zeldzaame *Krabbetje*, dat de Heer L. JULIAANS, Ervaaren Apotheker alhier, bezit, en ik bij gelegentheid, met eenige andere ſtukken uit zijn Ed. Cabinet zal beſchrijven. Deze ſnuit loopt uit in zeer dikke verhevene Spieren, van de Opperkaak, welke met witte ſtippen beſprengd zijn, en wanneer ik dezelve te rug trek, komen 'er blaasjes op beide Neusgaten; het Kaakbeen is ſtevig, zonder tanden, geelbruin of Castanje coleur, het Bovenkaakbeen is langer dan het onderſte: De gaaping van den Bek is zeer groot, en ſtaat een

 lijn

gio plateum, ſuperne glaberrimum, cute tectum nigra, maculis albicantibus minimis inſperſâ; Naſus longitudine duarum linearum proboscidis inſtar prominet, anterius planus, ſesquilineam latus, in plano iſto ſitae ſunt nares reniformes, ſemilineam in diametro; ſeptum narium, tenuisſimum, ab utraque parte, procesſulo gaudet, unde nares reniformes, duplici ruga vix viſibili osſibus naſi adhaeret et quaſi implantata est, non recta procedit hæcce proboſcis, ſed deorſum inflexa; an id ex natura animalis, an vero ex poſitione in vasculo in quo in ſpiritu vini conſervatur, non facile dixerim, in marinis enim videmus, procesſum narium rectâ procedere viâ, ut in piſce Monocerote. Xiphia*; in multis cancris, praeſertim, in rarisſimo illo Cancello, quem in muſeo ſuo ſervat* D. L. Juliaans *Pharmacopoeus expertisſimus, quemque data occaſione cum aliis ejusdem musei rarioribus deſcribere mihi animus eſt. Ab utraque parte proboſcis haec, abit in musculos labii ſuperioris crasſisſimos, gibbos, nigros, maculis albidis adsperſos, quos ſi retraho, aer per nares exeuns, bullulas in apice proboscidis exſerit; maxillare os, ſolidum, edentulum, fulvo fuscum, ſive castanei coloris, maxilla ſuperior, inferiore longior,* Rictus *permagnus, unius lineae distantia a Colli praeputio distat. Supra musculum labii occurrit, musculus orbicularis inſignis, qui ſimul retractoris proboscidis officio fungitur. A proboſcide,*

F 2 *ad*

lijn van het Hals kraagje af; boven de Lipſpier, ziet men eene groote ringſpier die te gelijk dient om de ſnuit te rug te haalen. Van de ſnuit tot den buitenſten hoek van het oog, is de afſtand twee lijnen, de oogbol is eijrond, zeer uitſteekende, de groote as is drie lijnen, de kleine twee en een vierde lijn, de afſtand der oogen van den kruin gemeeten is een lijn. Het *Ooglid* dekt het oog ter breedte van een vierde lijn, en is zeer gerimpeld, de onderſte rand is omgeſlaagen, donker bruin met drie reien geele ſtrepen vercierd. De oogs-opening is een lijn, de *Oogkring* is donkerbruin, de *Oogappel* zwart, de binnen hoek van 't oog ſtaat een en een halve lijn van het kraagje af. Het *Onderſte-Kaakbeen* is veel korter dan het bovenſte, van zijn punt tot aan het kraagje vijf en een halve lijn, aan wederzijden legt eene dikke, ſterke ſpier, de *Keel* is as graauw bruin of muisvaal, met vijf groote geelagtige ſtippen.

De Hals is breeder dan het Hoofd, en met een kraagje of voorhuidje omgeven, dat met evenwijdige plooijen gerimpeld is, drie en een halv' lijn breed, en loopt naar het ſchild toe ſchuinſch af, en is daar gekorreld, het heeft ſeven lijnen middellijns, en dus den omtrek een en een zesde duim, het is een zesde lijn dik.

Tusschen het kraagje en ſchild is het vel, aan het zelve van

onder

ad canthum exteriorem oculi *distantia est duarum linearum, bulbus oculi ovalis valde prominens, axis major trium linearum, axis minor duarum linearum cum quarta parte; distantia oculorum, in vertice mensurata, unius lineae; palpebra, per unam lineam cum quarta parte oculum tegit, rugosa, margine infimo reflexa, nigro fusca, tribus macularum seriebus adornata; lumen sive apertura inter utramque palpebram unius lineae, iris profunde fusca, pupilla nigra, Canthus interior oculi, a colli praeputio lineâ cum tribus quartis distat partibus,* Maxilla *inferior, superiore multo brevior ab apice ad praeputium colli, quinque lineis cum quinta parte adaequat, ad utramque partem musculus crassus validus, color gulae cinereo fuscus sive murinus, maculis quinque magnis albidis.*

COLLUM *capite latius praeputio undiquaque cinctum rugoso rugis parallelis, latitudo trium linearum cum semisse; versus Clypeum declive, subechinatum, diameter septem linearum, circumferentia itaque unius unciae, cum quinque sextis partibus; crassities octavam lineae partem occupat.*

INTER praeputium *et scutum adest cutis, inferne clypeo adhae-*

ander vaſtgemaakt, ter zijden rimpelig, en loopt naar de voorpooten, zijnde zwart met witte ſtippen.

Het Schild is twee duim en elf lijnen en een half lang van den hals tot het punt: twee duimen en agt lijnen breed, van gedaante als een Olmblad. De *Rug* is verheeven, de zijden vlak, bij den hals is de rand omgeboogen, en met groote korrels omzet, die na de zijden kleiner worden, en eindelijk verdwijnen, op den afſtand van ontrent vier lijnen begint eene dubbele verheeven lijn, uit langwerpige korrels zaamengeſteld, en in 't agterſte en vlakke deel van het Schild zaamen loopende, aan wederzijden loopen 'er verſcheiden andere groote en kleine, waar van zommige regt anderen krom zijn, gelijk de afbeelding toond, aan de punt van het Schild ſtaan vijf overshandſche purpere vlakken, welke met geel witte ſtipjes omzet zijn.

Het Schild heeft aan de voorzijde eene aanmerkelijke dikte, van een en een halve lijn, dog word allengskens dunner, zo dat het aan de punt zeer dun is, aan wederzijden van boven van het dunne gedeelte zijn geen ſtreepen, maar alleen ſtipjes, en op den afſtand van drie lijnen van den rand, is het zeer glad en vlak de *Verw* is olijfkoleur bruin, met groote bruine vlakken de; gekorrel-

 de

rens ad latera rugosa, ad pedes anteriores procedit, nigra, punctis albis adspersa.

CLYPEUS *duas uncias, undecim lineas, cum semisse continet, a cute collari usque ad apicem latitudo duarum unciarum, et octo linearum, figura folium* ulmi *fere mentitur,* DORSUM *elevatum, convexum, latera plana; prope collum subreflexus est* Clypeus, *marginemque gerit notabilibus granulis coronatum, quae ad latera sensim minuuntur, donec ad medium clypei desinunt, ex distantia fere quatuor linearum incipit, linea duplex ex granulis oblongis constans, ad partem posteriorem planam clypei, in unum coeuns, variae ab utraque hujus duplicis lineae parte, occurrunt lineae majores, minores, rectae, curvae, quales icon exhibet, prope apicem clypei quinque maculae fusco purpureae.*

CLYPEI *crasſities a parte anteriore notabilis, semilineam ad aequat, sensim tamen decrescit, ita ut ad apicem tenuissima evadat, ad latera superiora in parte tenui nullae striae granulatae, sed modo punctula observantur, et in distantia trium linearum a margine, clypeus planissimus glaberrimus est, color clypei fuscus, maculis magnis fusco brunneis marmoratus, et lineae striaeque granulatae pallidiores, hinc inde in parte*

lijnen en ſtreepen zijn ligter, hier en daar is het zelve met witte ſtippen beſprengt, welke men zeer duidelijk ziet, wanneer het dier in heldere mout wijn hangt, dog het Schild droog zijnde, zijn zij bijna niet zigtbaar. Dit Schild is niet beenagtig gelijk in de overige van dit geſlagt, nog lederagtig gelijk in de lederagtigen SCHILDPAD van LINNÆUS, maar het is bijna Kraakbeenig, waarom ik het KRAAKBEENIGE SCHILDPADJE noem.

BESCHOUW ik deze SCHILDPAD van onder, zie ik het onderſte Schild veel kleiner dan het bovenſte, als zijnde maar twee duim en twee lijnen lang, de punt begint van het eind van het kraagje en is ſtomp, en loopt ſchuiſch onder de voorpooten door, aan welke het vaſtgegroeid is, van daar is het aan de onderzijde van het Bovenſchild vaſtgehecht, veel zagter dan het Rugſchild zijnde, ſchijnt het uit verſcheiden Kraakbeenderen te beſtaan, voor eerſt ziet men twee Kraakbeenderen op het midden van de Borſt, die vijf lijnen lang zijn, en van gedaante als de Sleutelbeenderen, der vier voetigen, meer dan een' lijn breed, en ſtaan van boven een en een halve lijn van elkander, raaken elkander in hunne buiging, en wijken naderhand van een; en voegen zig aan een ander Kraakbeen, wiens punt en zijden even wijdig aan het Borſtſchild zijn, maar

te Convexa, punctulis albis inſperſus, quae omnia pulcerrima apparent, Animale in ſpiritu vini limpidisſimo immerſo, ſed clypeo ſicco vix ac ne vix quidem cerni posſunt. Clypeus, hicce non osſeus ut in congeneribus, nec coriaceus ut in Teſtudine Coriacea LINNÆI, *ſed ad Cartilagineum accedit, inde et nomen* Cartilagineae *huic novae ſpeciei donavi.*

SI *a parte inferiori Teſtudinem contemplor, Video* Clypeum Ventralem *dorſali multo minorem, ut qui modo duas uncias cum duabus lineis continet; ſub praeputii finem incipit mucro clypei obtuſus, ab utraque parte oblique ſub brachia deſcendens, quibus connatus eſt, dein ſeſe paginae inferiori clypei ſuperioris adjungit, multo mollior, quam clypeus dorſalis, variis cartalaginibus ſuſtentari videtur, et quidem primo duabus cartilaginibus in medio pectore poſitis, quae longitudinem habent quinque linearum, formam fere claviculae humanae, eorum latitudo lineam excedit, a parte ſuperiore per duas lineas cum ſemisſe a ſe diſtant, in curvatura ſe tangunt et poſt eam a ſe diſtant, atque invicem discedunt; affiguntur alii cartilagini, cujus mucro atque latera margini clypei pectoralis parallela ſunt, ſed in diſtantia ſex linearum cum quarta parte arcum efficit ab utraque et ſic iterum adſcendit, ita ut, distantia a brachiis ſit quatuor partes,*

maar op den afſtand van zes en een twede lijnen maakt het aan wederzijden een boog, zoo dat de afſtand van de Voorpooten vier lijnen is, onder deze boog legt een ruitagtig deel een duim, zeven lijnen lang, een duim en drie lijnen breed, door deszelfs midden loopt eene zeer fijne naauwelijks zigtbaare naad, en in de breedte een kromme kiel, uit het punt, waar deze kiel den naad ſnijd, gaan 'er ſtraalsgewijs zeer fijne vezelen, die naauwlijks zigtbaar zijn; agt lijnen boven de Dijen eindigt dit Schild in een beenagtige boog, die met haar uiterſte den bovengemelden boog raakt, het buitendeel der boog gaat ſchuinſch naar boven, en maakt dus met 't buitendeel der eerſte eene gelijk beenige hoek, in welke, een andere hoek, of liever verheeven driehoek beſlooten is. Onder de onderſte punt van de beſchreeven Ruit, is de huid naakt, los en rimpelig, en eindigt in de punt der ſtaart, zeven lijnen van het punt der Ruit, begint den *Aars*, beſtaande uit een ſpleet, die een en een halve lijn lang is, ik heb 'er naauwelijks een verkens hair in konnen brengen, en op de hoogte van een halve lijn voelde ik het ſtuiten, is dit dan teſſens de ſcheede? en rontſom is de zelve ſtraalsgewijze bezet, met lange korreltjes; de ſtaart is zeer kort een en een halve lijn lang kegelagtig, de verw van het Schild en vel zijn asgraauw.

linearum, ſub hocce arcu medio cernitur pars Rhomboidea longitudine unius unciae et ſeptem linearum, latitudine unius unciae cum tribus lineis, per mediam longitudinem transcurrit exilisſima vix videnda ſutura, et per latitudinem, carina ſubarcuata, ex centro ubi carina ſuturam ſecat, oriuntur fibrae minimae, vix nudo oculo patentes. Octo lineis ſupra femur terminatur Clypeus in arcum oſſeum, alterum jam deſcriptum vertice ſuo tangens, crus exterior obliqué descendit, ſicque cum crure arcus ſuperioris efficit angulum ſcalenum in cujus area alius angulus ſive potius triangulum continetur convexum. Sub apice inferiore Rhombi deſcripci, cutis eſt nuda laxa, rugoſa in apicem caudae deſinens. Septem lineis a mucrone inferiore Rhombi incipit Anus, *conſtans ex rima, ſesquilineae longitudinis, vix ſetam porcinam inmittere potui, et in altitudine ſemilineae, obſtaculum perſenſi; an ergo vagina? undique radiatim cincta eſt granulis oblongis,* Cauda *brevisſima, ſesqui lineam longa conica, color clypei et cutis, fusco cinereus.*

De Pooten zijn gepalmd, de *Voorste* zijn van den hals tot de punt der nagel een duim, vijf lijnen lang, het *Armbeen* is zeven, lijnen, en is met een los, rimpelig, bruin vel gedekt, dat met wit gestipt is, het elleboogs been is tien lijnen lang, de breedte van het armbeen onder het Schild is negen en een half lijn, van boven verheven, van onder plat, en met diepe plooijen gerimpeld, van de elleboog af begint 'er een vlies, dat het elleboogs been en de nagels dekt, zijnde rimpelig, bruin met witte stippen, bij de vingers doorzigtig, egter heb ik 'er geen vaaten in konnen zien, de vijf vingers zijn krom, de buitenste is drie lijnen lang, de twede een en een twede, de derde zes, de vierde drie lijnen; de duim schijnt geknot, en een en halve lijn lang, de nagels zijn bruin en steeken effen uit het vlies uit. Deze met de geknote duim verbeelden bijna een Olijphants voet van onder, van onder ziet men eene bruine als in gebrandde vlak onder de duim en de eerste vinger, de vlak is rond en rimpelig.

Onder de onderzijde van het ruitagtige deel is aan wederzijde een zeer los vel, aan de anderzijde van het Rugschild vastgegroeid, en een digt bij den staart, van vooren dekt het de zijden van den onderbuik, de *Dy* en de scheen, en loopt uit in het vlies, dat de na-

PEDES *omnes palmati ſunt*, Anteriores *a Collo*, *ad apicem unguis*, *unam unciam*, *et quinque lineas habent*, Humerus *ſeptem lineas*, *cute fusca albo maculata*, *laxa*, *rugoſa tegitur*, Brachium *decem lineis longum*, Latitudo *humeri ſub clypeo*, *novem lineis cum ſemiſſe eſt*, *humerus ſuperius convexus inferius planus*, *rugoſus plicis profundis*, *a cubitu incipit membrana*, *brachium unguesque tegens*, *fusca albo maculata*, *rugoſa*, *ad digitos diaphana*, *nulla tamen vaſa*, *in eâ deprehendere potui*, *nec etiam oculo armato*, *digiti quinque incurvi*, *digitus exterior trium linearum eſt*, *ſecundus ſex cum quinta parte*, *tertius ſex*, *qartus trium linearum*, *pollex truncatus*, *unius lineae cum ſemisſe*, *ungues fusci vix e membranâ prominent*, *pollex vero obtuſus truncatus*, *pedem Elephantinum exacte refert*, *terminatur macula brunneâ quaſi aduſta*, *ſub digito indice*, *et talem obſervo maculam impresſam rotundam rugoſam.*

SUB *latere Rhombi inferiore ab utraque parte cernitur cutis laxisſima rugoſa*, *parti inferiori clypei dorſalis adnata*, *ad caudam deſinens*, *a parte anteriore tegit partem lateralem abdominis*, *femur*, *tibiam et tandem in membranam diaphanam*, *digitos tegentem abit.* *Femur*

nagels dekt. De *Dy* is vier lijnen lang zes lijnen breed, plat en dik gespierd, de *Scheen* is zeven en een half lijn. Van de *Hiel* tot de langste nagel, zijn 'er zes en drie vierde lijn. Het vel dat de scheen dekt is vijf lijnen breed. De duim is geknot, en met eene brandverwige vlak gemerkt, de voorvinger is even als de duim geknot, en heeft geen nagel, en schoon de nagel van de middel vinger zeer stijf is, is zij ook met een vlies gedekt. De lengte der Vingeren; is als die der voorvoeten.

DUS vertoont zig Wel Ed. Heer, deze zeer zeldzaame SCHILDPAD, de lange Neus, zoo verschillende van de overige van het geslagt toont misschien een verschillend zoort van adem haling; ten minsten in die SCHILDPADDEN, welke ik in verscheiden Cabinetten gezien heb, en zelv' bezit heb ik gezien, dat de Neusgaaten van alle de Palmpootige SCHILDPADDEN, met een dun middelschot gescheiden, rond, en aan het uiterste van het Kaakbeen geplaatst waaren, en in die, welke Vin en Zwempoten hebben, staan de Neusgaaten verder af, en zijn langwerpiger. Het is ook waar, dat de ZEE-SCHILDPAD zoo veel Lugts niet nodig heeft; want zij heeft veel Lugts in het Ligchaam, en de schrandere REDI heeft Lugt in het bloed van een SCHILDPAD gevonden,

quatuor lineas longum, ſex lineas latum compresſum, musculis crasſis inſtructum, Tibia *ſeptem lineas continet cum ſemisſe. A calcaneo, ad ultimum unguium longisſimum ſex lineae cum tribus quartis partibus, membrana tibiam cingens quinque lineis lata eſt.* Pollex, *truncatus, macula aduſta notatus, ſub pollice duae maculae aduſtae oblongae digitus index aeque ac pollex truncatus eſt, et ungue caret, digiti medii unguis quamvis membranâ tectus validus eſt, longitudo degitorum eadem ac in pedibus anterioribus.*

SIC *Vir amplisſime ſe habet haecce rarisſima* TESTUDO, *naſus elongatus, tamque a congeneribus diverſus, forſan aliud respirationis genus indicit. In omnibus ſaltem, quas ipſe posſideo testudinibus, et quas in variis museis videre licuit, obſervavi, nares teſtudinum palmipedum, gracili modo ſepto, eſſe ſeparatas rotundas, easque in apice roſtri locatas, dum, in iisquae pedes pinniformes atque natatorios habent, nares magis diſtant, longioresque ſunt, Certum eſt* TESTUDINI *marinae tanto aeri haud opus esſe, quam terreſtri, nam illa aere plena eſt, imo et ſagacisſimus* REDI *aerem in ſanguine* TESTUDINIS *marinae invenit; et, Cl.* MERY, *invenit in* TESTUDINE Americana, *quod aer ſive per venas, ſive per arterias Cordi inmisſus ventriculos, auriculas cordis atque omnia vaſa repleat, Praeterea Cor* TESTUDINIS

 ter-

en de beroemde MERY, zag in eene *Americaansche* ZEE-SCHILDPAD, dat de, Lugt, door aders, of slagaders in het hart gebragt, de holligheden, Ooren en alle de vaaten van het hart vulde. Het hart van eene LAND-SCHILDPAD, is halfrond, dat van eene ZEE-SCHILDPAD kegelagtig, wat het zamenstel van hart en vaaten belangt, hier over verdiend, geleezen te worden het geen de Heer MERY geschreeven heeft. (*Mem. de l, acad. des sc.* 1704. *Collect. acad. Tom.* VIII. p. 297. *sqq.*)

HIER te Lande, de SCHILDPADDEN zeer zeldzaam zijnde, worden zij in de Geneeskunde niet gebruikt. Het uitgekookte Sap uit het Vleesch der SCHILDPADDEN, word in *Vrankryk* in borstziekten aangepreezen; het Vleesch der SCHILDPAD is het voornaamste deel van dat Geneesmiddel, dat in de *Paryssche* Apotheek onder den naam van *Syroop van* SCHILDPADDEN bekend is, en in Longeteering voorgeschreeven word. Het olijagtige sap, zijnde balsemagtig en verdikkend, word met goed gevolg in de teering en Sluipkoortzen gebruikt (Zie *Hist. Nat. des Anim.* Tom. II. *Part.* II. p. 316.)

MAAR om Uw geduld Wel Ed. Heer niet langer te tergen en

terrestres hemisſphaericum eſt, TESTUDINIS Marinae *vero Conicum*, *quod ad ſtructuram Cordis*, *vaſorumque adtinet legi merentur*, *quae Cl.* MERY *deſcripſit* (Mem. de l, Acad. des Scienc. 1704. Collect. acad. Tom. *VIII.* pag. 297.)

IN *hisce regionibus*, *ubi valde rarae* TESTUDINES, *in uſum medicum haud vertuntur*, *ſuccus ex Carne excoctus*, *in Gallia*, *in morbis pectoris laudatur*, *Caro* TESTUDINIS *baſis illius medicamenti*, *quod in Pharmacopaea* Pariſina, *ſub nomine* Syrupi TESTUDINIS, *proſtat*, *in Phtiſi pulmonali adhibetur. Succus oleoſus balſamicus incraſſans*, *cum ſuccesſu*, *in Phtiſi et febre Hectica praeſcribitur. Vid* Hiſt. Natur. des Anim *Tom. II. part. II. p.* 316.

SED *ne tua Vir Amplisſ. amplius abutar patientia*, *et tibi*

en UEd. Geſtr. geene aan UEd. bekende, zaaken voor wat nieuws op te disſchen, zal ik hier eindigen mij in U Wel. Ed. Geſtr. hooggeagte vriendſchap aan beveelende,

WEL EDL GESTRENGE HEER!

U Wel Ed. Geſtr. Onderdanige Dienaar

UTRECHT, *den* 15 *Auguſt.* 1769.

P. BODDAERT.

III. BRIEF.

jam diu notisſima, pro novis proponam, hic ſiſto, mei memoriam tibi grate Commendo. Vale.

ULTRAJECTI 15 *Auguſti*

MCIϽCCLXIX.

ERRATA.


NECESSARIO CORRIGENDA.

Pag.	3.	linea	7.	*pro*	Lacertae *ſcutis*	*lege*	*Lacertae ſcutis*,
---	7.	---	12.	---	*humacitate*	---	*humanitate.*
---	9.	---	4.	---	*parte*,	---	*parte*
---	15.	---	5.	---	*Cathetopeatum*	---	*Cathetoplateum.*
---	19.	---	12.	---	*linearum, eſt*	---	*linearum eſt*,
---	27.	---	10.	---	*incipit*,	---	*incipit*

ZINHINDERENDE DRUKFEILEN.

Pag.	10.	regel	18.	ſtaat	*ſchak.*	lees	*ſchatk.*
	12.	---	7.	---	47.	---	74.
	14.	---	2.	---	bezet	---	bezet;
	---	---	14.	---	(op dat ik UEd)	---	(op dat ik UEd.
	---	---	15.	---	duide	---	duide,
	18.	---	7.	---	breedt	---	breedte.
	26.	---	(laatſte)		vlakken de;	---	vlakken; de

II Br.



F. de Bakker fecit.

II. Br.





J. u. Baker fecit